v. 33. *Vita vera vita*] Steph. *u. u. uia*.

v. 34. *Pregnatio*] Rom. *generatio*.

v. 35. *Conceptu plenissime*] τὸ *conceptu* delet Rom. codex.

v. 37. *Conseruare perseuerantes*] Flor. *seruare p.*

v. 39. *Hoc optantes*] Leid. & Brem. *hac optantes*.

GEVER-

GEVERHARTI ELMENHORSTI

EMENDATIONES AD APVLEII METAMORPHOSEON, SIVE LVSVVM ASINI

LIB. I.

P.102. HÆc est vera horum librorum ἐπιγραφὴ, quam nobis conseruauit Aldina editio, quod miror neminẽ ex tot Apuleî correctoribus vel aduertisse, vel saltem monuisse. Illam igitur vt genuinam loco reposui, expuncto altero illo suppositio titulo de *Asino aureo*, quem error miniatorum & admiratio vulgi nobis exhibuit, sicuti iamdudum obseruauit Erycius Puteanus Centur. 1. Epistol. 38. ad J. Lipsium. Qui & anno præterito ∞ IↃ CXIX. *post Kalend. April.* cum eum de hac re consulerem, hunc in modum mihi rescripsit humanissimè: *Tu facis aureum, quem frustra appellamus. Error quidem & admiratio olim eiusmodi titulum dedit, & quia pulcherrimum putauit Lucij Asinum, à pulcherrimo metallo nominauit. Sic quidem & Pythagoræ carmina & alia multa, quæ commendari poterant, τὰ χρυσᾶ dicta. Si meo suffragio res geratur, simpliciter de ASINO, vel, METAPHORPHOSEON inscribam.* Sic vir ille eruditissimus: in cujus sententiam toto animo vado, puto & omnes rectè sen-

tientes. Tractarunt autem simile argumentum ante hunc Lucium nostrum, *Lucius Patrensis & Lucianus*: de quibus ita Photius in Bibliotheca fol. 165. Ἀνεγνώσθη Λουκίου πατρέως μεταμορφώσεως λόγοι διάφοροι. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ καθαρὸς, καὶ φίλος γλυκύτητος. φεύγων δὲ τὴν ἐν λόγοις καινοτομίαν, εἰς ὑπερβολὴν διώκει τὴν ἐν τοῖς διηγήμασι τερατείαν, καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, ἄλλος ἐστὶ Λουκιανός. οἱ δὲ πρῶτοι αὐτοῦ δύο λόγοι μόνον οὐ μετεγράφησαν Λουκίῳ ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ λόγου ὃς ἐπιγέγραπται λουκὶς ἢ ὄνος, ἢ ἐκ τῶν Λουκίου λόγων Λυκιανῷ. ἔοικε δὲ μᾶλλον ὁ Λουκιανὸς μεταγράφοντι, ὅσον εἰκάζειν. τίς γὰρ χρόνῳ πρεσβύτερος, οὔπω ἔχομεν γνῶναι. καὶ γὰρ ὥσπερ ἀπὸ πλάτους τῶν Λουκίου λόγων ὁ Λουκιανὸς ἀπολεπτύνας καὶ περιελὼν, ὅσα μὴ ἐδόκει αὐτῷ πρὸς τὸν οἰκεῖον χρήσιμα σκοπόν· αὐταῖς τε λέξεσι καὶ συντάξεσι εἰς ἕνα τὰ λοιπὰ συναρμόσας λόγον, Λούκιος ἢ ὄνος ἐπέγραψε τὸ ἐκεῖθεν ὑποσυληθέν. λέγει δὲ ὁ ἑκατέρου λόγος πλασμάτων μὲν μυθικῶν, ἀρρητοποιίας δὲ αἰσχρᾶς. πλὴν ὁ μὲν Λουκιανὸς, σκώπτων καὶ διασύρων τὴν ἑλληνικὴν δεισιδαιμονίαν, ὥσπερ κἀν ἐν τοῖς ἄλλοις. καὶ τοῦτον συνέταττεν. ὁ δὲ Λούκιος σπουδάζων τε, καὶ πιστὰς νομίζων τὰς ἐξ ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους μεταμορφώσεις, τάς τε ἐξ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους, καὶ ἀνάπαλιν· καὶ τὸν ἄλλον τῶν παλαιῶν μύθων ὕθλον καὶ φλήναφον γραφῇ παρεδίδου ταῦτα, καὶ συνήφαινεν. Atquin ex Luciano noster bonam partem transcripsit, cuius Lucium stilo & verbis Apuleianis translatum, huic nostro Lucio comitem dare, initio constitueram; sed me deterruit postea abominanda & despuenda libri obscœnitas: ea propter nolui publicarum aurium reuerentiam istis turpitudinibus incestare, sequutus medici (*Galenus de purgant. medicam. facult. Cap. VI.*) principis (si vnum Hippocratem excipias) in hoc sententiam,

qui

qui venenorum naturam explicare publicè omnino prohibet. Scripſerunt & noſtra ætate viri eruditi *aſini laudes*, inter quos iure eminet labor præſtantiſſimi Woweriinoſtri, qui hactenus apud hominem indignum indigne deliteſcit. Niſi iniuſtus iſte Dominus abs ſe eum manu miſerit, periculum erit, ne aliquando liberam lucem nactus ex ergaſtulo iſto vocem emittat, poſſeſſoremq; iniquum pipulo differat.

verſ. 15. *Et ego tibi ſermone iſto Mileſio*] Principium huius libri membranæ Florentinæ *Longobardicis literis* ſcriptæ (*Gothicas* eas vocat Bernardus Aldreta Canonicus Cordubenſis in Commentario de Origine linguæ Hiſpanicæ libro 3. pagin. 252. 254. & ſpecimen ponit ex lapide antiquo) verſibus conſtituunt, quod & Beroaldus & Aldus aduerterunt, quos iure hic ſequimur: nec eos audimus, qui contra ſentiunt, qui nihil ſentiunt. De iſtis autem ita gloſſa interlinearis prædictarum membranarum: *Viginti quinque verſus premittit autor. Genus carminis trimetrum Iambicum, conſtans ſex pedibus. Recipit autem poëta licentiosè pedes, & eos etiam vbi communiter non ſolent, vt in fine, ſpondeum. Hoc autem carmen admittit Iambum, vnde & dicitur omnibus locis precipuè paribus dactylum, ſpondeum, Anapaſtum, Tribrachyn & Pyrrichium atque Trochaum. Metra autem alia ſuis pedibus & ſyllabis conſtant, & dicuntur acatalectica, aliquando, ſyllaba vna deficiunt, & dicuntur catalectica: aliquando duabus, & dicuntur brachycatalectica. Pro maiore igitur parte ſunt trimetra acatalectica, in*

ta tamen, quod prima dictio duodecimi versus per aë diphthongum scribenda diuidatur, vt illa dispartita diphthongus iambum pedem efficiat & in sequenti versu penultima syllaba, quae est a, de metro non abiiciatur. Insuper sciendum versum decimum-octauum esse Hipponactium trimetrum, catalecticum, quia vna deficit syllaba, in antepenultimo vero versu diuiditur etiam diphthongus in fine illius dictionis, scientiae, vt scribi debeat, Scientiaë. Penultimus autem versus etiam catalecticus est, vna videlicet syllaba deficiens. Vltimus verò versus dimeter est Jambicus hypercatalecticus, constans quatuor pedibus, & vna syllaba, qui & Alcaicus dicitur.

v 17. *Beniuolas*] Sic Manuscripti Florentini. Scaliger, *bibulas* legit.

Lepido susurro permulceam] Infra: *Cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo.* De Deo Socratis: *Oratione permulceat.*

vers. 18. *Modo si papyrum Aegyptia argutia Nilotici calami*] vulgo: *m. s. p. Aegyptiam tu argutia N. c.* Sedulius in opere Paschali capit. primo: *Nonnulla etiam probra narrationis arte composita, Niliaci papyro gurgitis calamo perarante contradunt.* Fulgent. Mythol. libr. 1. *Quicquid libet Niliacis exarare papyris.* Ouid. lib. 15. Metamorph.

Perque papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates.

Baptista Pius in annotat posterioribus fol. 128. *papyrum Aegyptiam* ineptissime interpretatur, genus dicendi molle & lasciuum.

v. 20.

v.20. *Fortunasq;*] alii, *formasq;*.

Hominum] alii *hominis.*

v.23. *Mutuo nexu*] alii, *m. nixu.*

verſ.25. *Hymettos Attica*] Mons eſt in Attica celebris melle & marmore. Tzetzes hiſtor. Chil 2. hiſtor 370. Galenus de Antidot. lib.1.c.11. Martialis lib.3. Epigr.104.

Iſthmos Ephyraea] Flor. *Hytmos Epyraea* male. Vide Beroaldum.

v.26. *Tanaros*] Flor. *Tanedos.*

verſ. 27. *Condita*] Bertinus & alii, *credita.*

verſ.28. *Primis pueritiae ſtipendiis merui*] libro 9. *Prima ſtipendia Veneri militabant.* Vide Indicem.

Linguam Attidem] Lectionem priſcam hoc loco ex duobus Florent. reſtitui; vti etiam acuto & docto viro Ioſiæ Mercerio viſum. In vulgatis eſt, *ibi inquam in Attide*, vel *Attite.* in Bertino, *ibi apud Attidem.* malè. Linguam Attidem Atticam vocat. Verſus antiquus de Ventis apud Iſidorum Hiſpalenſem de natura rerum c.37. pag.894.

——*dictus Libs Attide lingua.*

v.30. *Aduena ſtudiorum*] Vide Andream Schottum Tullian. Quæſt. lib.1.c.16.

verſ.31. *Indigenum ſermonem*] Bertinus, *indigenam ſ.*

Ærumnabili labore] Roman. Ald. & Ven. *aerumnali l.* minus bene. lib.8. *aerumnabili ſe ſubtrahere vita tacita decreuit.*

v.33. *Et ecce*] Bertinus: *ſed ecce.*

Præfamur] Palat. *præfabor*.

v. 37. *Accessimus*] Venet. *acerfimus*. Scalig. *arcessimus*. rectè.

vers. 38. *Fabulam Græcam*] Pal. *f. graicam*. vulgo, *f. græcanicam*.

Pagiñ. 103. vers. 2. *Sexto philosopho*] Eius liber de *Medicina animalium* hodie adhuc extat, scholiis doctis à Gabriele Humelbergio illustratus.

Thessaliam ex negotio petebam] Lucianus: ἀπήειν ποτὲ εἰς Θετταλίαν· ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχώριον, ἵππος δέ με κατῆγε, καὶ τὰ σκεύη, καὶ θεράπων ἠκολούθει εἷς.

vers. 4. *Postquam ardua*] Lege ex Flor. *Post ardua*.

vers. 6. *Emensa*] vulgò, *emersi*. malè. libro octauo: *Syluosi montis asperum permensi jugum*. & mox post: *dieque tota campestres emensi vias*.

Equo indigena] Florent. *me equo i*. alii, *in equo i*.

v. 9. *Sudorem fronte curiosè effrico*] Bertinus & Ro. *s. & frontem c. extrico*.

vers. 11. *Naturale præsidium*] Henricus Albertius Hamilton, iuuenis humanissimus, nec protritæ doctrinæ, *naturale residuum* vel *proficium* Apuleium scripsisse putat.

vers. 13. *Ore in latus*] Bertinus, *oreque in latus*.

Pronus affectat] Sic rectè Berchichemus. in Florent. manuscript. est: *p. adiector*. in Roman. & Aldo: *p. allectat*. in Palat. *protinus adiector*. in Bert. *p. adiectat*. malè. Infra: *auidus affectans poculum*. & libro decimo: *pabulum graminis libens affectans*.

Comi-

Comitibus] Ald. & Bert. *comitum*.

v. 14. *Processerant*[Bert. *praecesserant*.

v, 15. *Agitarent*] vulgò, *agitaretur*.

Exerto cachinno] Rom. Ven. & Bert. *exortos*. malè.

v. 16. *Verba ista haec*] τὸ *haec* non est in Flor. & Palat.

Immania] Bert. & Palat. *inania*.

vers. 17. *Sititor alioquin nouitatis*] Pal. *sciscitor a. n.* Basil. *sitior a. n.* malè. Sititor nouitatis Firmico Astronom. libro octauo, capite sexto est, *qui noua quaque curiosa desiderii cupiditate sectatur, eaque intelligere auide studet.* Vide Indicem.

vers. 18. *Impertite sermone non quidem curiosum*] Florent. duo *i. sermones n. q. curiosus.* Beroaldus: *i. s. n. q. curiosum*. Ful. *i. hominem n. q. c.* Gruterus: *i. hominem curiosum, & qui v.* Britannicus mala distinctione hunc locum non correxit, sed corrupit, ad Iuuenal. Satyram 1.

vers. 19. *Iugi quod insurgimus*] Pro, in quod surgimus. libro tertio. *Forum eiusque tribunal adstituor.* libro quinto. *Conferta vox aures eius adfertur.* Et: *clemens quidam sonus aures eius accidit.*

v. 20. *Aspritudinem*] alii, *asperitudinem*.

vers. 21. *Leuigabit*] libro quarto. *omni sarcina leuigatos.* Ruffinus apud Iosephum antiquit. Iudaic. libro secundo. cap. 3. *cum in nullo eos mitiores videret, suadebat, vt malum sceleris aliquatenus leuigarent.*

v.24. *Ventos inanimes exspirare*] Vide Notata ad Arnobij lib.1.

Lunam despumari] Credebant antiqui Magorum præstigijs lunam cœlo deduci posse. Vide Beroaldum ad hunc locum. V lerium Flaccum libr.6.verſ.447. Notata ad Arnobii libr.1.

v. 27. *Reliqua pertexere*] Aldus: *Reliqua pratexere*, male.

v.29. *Prauissimis opinionibus ea putare mendacia*] Saluſt. Bell. Catilin: *Quæ sibi quisq; facilia factu putat, æquo animo accipit, supra veluti ficta pro falsis.* Oppianus de piſcibus lib.1 verſ.219.

Θαῦμα δ' ὀλισθηρῆς ἐχενηΐδος ἐφράσσαντο
Ναυτίλοι.* ἢ μὲν δὴ πᾶς οὐ φρεσὶ πιστώσαιτο
εἰσαΐων. αἰεὶ γὰρ ἀπειρήτων νόος ἀνδρῶν
δύσμαχος, οὐδὲ θέλουσι, τὸ ἀτρεκέεσσι, πεπεῖσθαι.
* γρ. ὑμὴν

Plinius naturalis hiſtor. lib. 7. cap. 1. *Quis enim Æthiopias, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo est, cum primum in notitiam venit? quam multa fieri non posse, priusquam sint facta, judicantur?* Vide Plutarchum *de facie in ore Lunæ* fol. 938.

v.33. *Vespera*] Sic ſcriptum in omnibus Manuſcriptis & editis, quod importuniſſime Baptiſta Pius Sylloge 3. cap. 55. Coluius & Vulcanius in *vesperna* transmutarunt. Infra : *Demonstrat horreum, vbi vespera argentum recondi viderat.* Vide *Indicem.*

v. 34. *Dum polenta caseata*] Photius ex Procli Chreſtomathia fol.526 : εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορός, καὶ ᾖδε τὰ μέλη. ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο

πρὸς

πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ. Ἐ τούτων ὁ πρότερος ἐγένετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης· ἡ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις. Vide Casauboni animaduersiones ad Athenæum lib. 14. cap. 15.

Offulam modico grandiorem in conuiuas æmulos] Ita rescripsi ex Florentinis, in quibus est, *modico secus, & modicus*. Aldus & Venet. *mordico securius offulam grandiorem i. c. æmulos*. Bertin *mordicibus securus o. g.* Infra: *Frustulum panis, quod primum sumseram, quamuis admodum modicum medijs faucibus inhærebat.*

v. 35. *Contruncare*] Bert. *obtruncare*. Infrà: *vt satis detruncauerit cibum*. Plautus Sticho act. Scen. 1. *meum ne contruncent cibum.*

v. 36. *Imagula*] Flor. & Pal. *meagula.*

v. 37. *Athenis proxime*] alii *Athenis proximo.*

Ante Pœcilem porticum] Guilielm. verisi. lib. 2. cap. 14. *Ex ante P. p.* Bertinus: *a. Pœtilen*: Vide Pausaniam libr. 1. pagin. 27. Plinium libro 35. capit. 9.

vers. 39. *Spatam præacutam deuorasse*] Casaubonus in Animaduers. Athenæi libro sexto. fol. 249.

v. 41. *Exitium*] Bertinus: *exitum.*

Pag. 104. vers. 1. *Inuersitelis ad occipitium per inguen*] Sic Aldus & Floren. primus. In altero est, *i. f. per ingluuiem* Roman. Bert. *i. t. p. a. o. inguinem.*

vers. 3. *Eneruam & exossam saltationem*: Oratione de Magia: *Mox in iuuentute saltandis fabulis exossis plane & eneruis.* Firmicus astronomic. libro 6. capit. 31. *Cum effeminati corporis mollicie*

cynædos efficiet , & qui veterum fabularum exitus in scenis sæpe saltantes imitentur.

Lucretius:

Atque exossato ciet omni pectore fluctus.

v.5. *Dei medici baculo*] Vide notata ad Arnobium.

v.6. *Inhærere*] alii, *inerrare.*

v.8. *Solus hic*] Flor. & Bert. *s. hæc*

Ingressus] Sic Bertin. Flor. *ingressu*. Pal. *ingressum.*

v.9. *Hic tibi merces posita est*] Pal. & Bert. *hæc. m. t. exposita e.*

v.12. *Solem istum videntem Deum*] Solem cuncta videre, cuncta audire, cuncta mortalium negotia cognoscere, arbitrati sunt antiqui. Vnde & in fœderibus & rebus magnis semper illum testem inuocabant. Hom. Il. γ'. Æschylus in Prometheo. Plinius naturalis hist. libr. 2. cap. 6. Heliodorus Æthiop. libr. 8. p. 385. libr. 10. p. 472. Ouidius Metamorphos. vers. 768. libr. 4. v. 227.

v. 13. *Dubitabitis*] Bert. Aldus & Rom. *dubitetis.*

Thessaliam proximam] Aldus, *Thessalicam p.*

v.16. *Quo quæstum teneam*] Ita Flor. Bertin. *q. q. initer eam.* Basil. 2. *quo quæstu r.* Scaliger, *quo quæstu vitam teneam.* Roman. Ven. Basil. 1. & Ald. *quo quæstum nunc eam.* Hamilton, quo *quæstu iter ineam.* Sed Flor. codicis lectio bona est. nam & Plautus in Pseudolo dixit, *improbus se artibus tenere.*

vers. 17. *Æginensis*] Alii, *Ægiensis*, male.

Hypathæo melle] Ald. Roman. & Venetus, *Æthnæo*

Aethnaeo melle. Bert. & Beroald. *Ennaeo melle.*

v.19. *Vltro citro*] Flor. *vltro citroque.*

vers. 21. *Admodum commodus*] Bas. 2. *a. commodo.*

v 22. *Adcucurri*] vulgo, *adcurri.*

v. 23. *Me spes compendij frustrata est*] Herodotus lib. 1. ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος. lib. 2. ψευσθέντας ἕλληνας ἐλπίδος μεγάλης.

v. 21. *Commodo*] Bert. & Ven. *commodus.*

v. 24. *Magnarius*] Pal. *magnus*, male. Gruterus Suspic. lib. 2. cap. 7.

v. 25. *Commodum*] Bert. *admodum* sed nihil mutandum. nam & hîc & alibi *commodum* pro *tunc* ponit.

vers. 28. *Poene alius lurore*] Lipsius, *poenali lurore.* Petrus Chrysologus p. 42. *defectu luridus.* Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. cap. 8. *Luridati delinquentiae maculis, & nigrati ignorantiae tenebris.*

Ad miseram maciem deformatus] Sic Flor. alii, *ac misera macie d.*

vers. 29. *Fortunae decermina*] *Lipsij emendatio est.* Bertinus, *f. determina.* Flor. Rom. Ald. Ven. *f. deterrima.* Coluius, *f. detrimenta.* Wowver. *f. crimina* legunt. Plautus hoc genus hominum *mendicabula* appellat. Aulular. Scena. *diuitijs Picos.*

v. 31. *Agnitum*] alii, *cognitum.*

Propius accessi] Aldus, *proprius ac.* male.

v. 35. *Persolutis*] Aldus & Ven. *praesolutis*, male.

Maerore diutino] Rom. *maerore diuturno.*

vers. 36. *Defletus poene ad extremam captiuitatem*] Scaliger, *d. p. a. ex. caecitatem.* alii,

v.6. *Effecit sequeretur*] Flor. Baf. 1. *e. sequatur*. Rom. Ald. & Ven. *effice s*. malè.

v.8. *Quod tersui opus*] τὸ *opus* non est in Flor. Venet. & Bertino. Infra: *Oleum unctui & lintea tersui profer*.

v.9. *Operose effrico*] Baſ.2. Coluius & Vulcanius τὸ *operose* malè hic delent.

Curatum] Pal. & Bertinus, *Curato*.

v.12. *Iam adlubentia procliuis est sermonis*] Baſ.1. *Iam adlubentias p. e. s.* Bertinus: *i.a. lubentia p.* Scoppius: *i.a. lubētia procliuis est sermo risus est ioci*, quem vide suspect. lect. lib. 4. Epist. 6.

v.13. *Dicacitas tinnula*] Florent. & Pal *d. timida*.

v.14. *Suspiritum*] Bert. *Suspirium*.

Dextra sæuiente] Ven. Rom. & Ald. *d. seruiente*. And. Schottus: *d. feruente*, male. libr. 8 & *palmulis sæuientibus* dicit.

v.15. *Voluptatem gladiatorij spectaculi*] Aldus, *v. gladiatorum s.* male. Vide quæ dixi ad Minutii Fel. Octauium.

v.17. *Secundum quæstum Macedonia profectus*] alii, *secundo quæstu Macedoniam p.*

v.19. *Attentius nummatior*] Pal. *attentius Numantiam*, male.

v.21. *Lacunosa conualli*] Vulgati: *laciniosa c.* male infra: *conualles lacunosæ cauaque*. Hieronymus, *concaua uallia* vocat.

A latronibus obsessus] Symmacho libr. 2. Epistola 48. est, *insessor viarum*, qui *itinera obsidet, vt viatores occidat aut spoliet*. Talem impune occidere licitum L. penultim. Digestorum *de Vi publica*.

v.23. *Cauponam*] Sic constanter omnes scripti & editi. Scaliger *caupam*, male. Nam *caupona* significat tam mulierem, quæ vinum & esculenta venui habet, quam ipsam tabernam vinariam, vt Papias notat in Gloss. manuscriptis.

Mœrorem] Pal. *Maoten*, male.

v.25. *Spoliationis diurnæ*] Flor. *f. aiuturna* .alii, *f. i. diuine*. Coluius *diutina*.

Aperio, & dum miser refero, quæ memini, illa Sic hunc locum ex Flor. Bert. Ald. & Roman. constitui.

v.27. *Vrigine*] Fuluii liber, *uredine*.

vers. 29. *Vnico congressu*] Lipsii codex, *u. connexu*.

Annosam ac pestilentem contraho] Scaliger, *damnosam a.p.c.* Ful. *anatem ac pestem contraho*. Vide Notas Wowerii.

v.31. *Operulas*] alii, *opellas*.

v.32. *Sagariam faciens*] Sic Beroaldus in annot quem Bas. 2. & Coluius sequuntur Bertinus *Sarariam faciens*. Florentinus, Romanus, Palatinus, Aldus & Cœlius Rhodiginus antiquar. lection. libro vigesimoquinto cap. 20. *Saccariam faciens* habent. Vide Vlpianum Lege 52. Digest. *pro Socio* Leg. 5. ff. s. *plures* de *Tribut. actione*.

Merebam] Flor. *merebar*.

Quod me] Sic Roman. & Aldus. Florent & Basil. *Quo me*. Vide Scoppium Suspect. lect. libr. 4. cap. 6.

v.34. *Inquam es*] τὸ *inquam* delet Palatinus.

v.36. *Scortum scorteum*] Vox *scorteum* non apparet in Palatino.

v.37. *At ille digitum*] de hoc more dicta Scaliger ad Ti-

ad Tibullum, & Ausonian. Lect. libro primo capite 29.

Ori suo admouens] Rom. o. s. *amouens*.

v. 40. *Ain tandem*] Pal. *an an tandem*. male.

v. 41. *Caupona*] Scal. *Caupa*.

v. 39. *Parce inquit*] Et alibi: *Parce in verba ista hac*.

Pagin 106. v. 2. *Deos infimare*] Sic Aldus. Flor. & Rom. *D. infirmare*. male. Vide Notata ad Lib. de *Deo Socratis*.

v. 3. *Oro te inquam*] Rom. Venet. & Aldus geminant, *Oro te, & oro te inquam*.

vers. 8. *Antichthones*] Roman. *Antiochones*, male.

Folia sunt artis] Sic legit Rom. Ald. & Flor. 1. Flor. 2. *folia sunt* [illegible] *as*. Vulcanius, *f. s. a tes*. Lipsius epistol. Quæst. lib. 2. epistol 22. *f. s. farfari* ineptissime. Folia vocat res nullius pretii aut ponderis, sicuti notat Scaliger ad Festum pagin. 25. Et Gruterus Suspic. libr. 3. cap. 13. Noster libr. 4. *Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere iuueni*. Sic Hieronymus in Esaiam cap. 33. etiam dicit *folia sermonis*.

v. 10. *Quod vi aliam temerasset*] Sic edidit Vulcanius ex Bas. 2. Manuscripti & editi alii, *q. ina. t.* quod defendit Canterus.

vers. 12. *Captiuitatis metuens se ab insequentibus pracisione genitalium liberat*] Sic rescripsi ex Palatin. Florentin. & Bertin. vulgo, *captiuitati metuens a. i. repracisione g. liberatur*. Periculo vrgente naturam sibi putare Castores cum Apuleio crediderunt Ælianus de histor. animal libro sexto, capite 33. Plinius natural. histor. libro octauo.

cap. 30. Iuuenalis Satyr. 12. verſ. 34 Solinus capite 19. quos erroris arguunt Sextius diligentiſſimus medicinæ apud Plinium libro 32. capite 3. & Rondeletius de Amphibiis, Cuius verba adducit Ciofanus ad Ouidii Elegiam *de Nuce* fol 455.

verſ. 22. *Octo annorum onere miſella velut elephantum paritura*] Plautus Sticho, Scena *Famem fuiſſe ſuſpicor* &c. Plinius & Achilles Tatius libro quarto pagin. 92. ſcribunt ſolere elephantum grauidam eſſe perpetuos decem annos. Ariſtot. de hiſtor. animal. libro quinto capite 14. Ælianus de animal. libro quarto capite 30. ſaltem biennium ei attribuunt.

v. 23. *Quæ cum ſubinde ac multi nocerentur*] Bert. *q. c. ſ. ac multis n.* Scoppius, *quæ c. perinde ac m. noceretur.* Hamilton, *quæ cum ſ. a multis noſcerentur.*

v. 25. *Seueriſſime*[Pal. *ſæuiſſime.*

Saxorum iaculationibus] Vſitatum ſupplicium Iudæis, Græcis & Romanis, vt obſeruat Paulus Fagius ad *Pentateuchum Moyſis*, & amiciſſimus Meurſius ad Lycophronem p. 182.

v. 26. *Vindicaretur*] Pal. *iudicaretur.*

verſ. 32. *Cantionum violentia*] Florent. *numinum violentia.*

v. 30. *Vt mihi temulenta*] Bert. v. *inde t.*

In ſcrobem procuratis] Antiqui diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant; diis terreſtribus in terra; diis infernalibus in effoſſa terra. Feſtus *Altaria*: Lactantius ad Statii librum tertium. Thebaid. pag. 141. Ouid. lib. 7. fab 4. Horatius Epode 5 in Canidiam veneficam. Heliodorus Æthiopic. libr. 6. p. 292.

v. 27. *Vt*

v.27. *Vt illa Medea*] Hyginus fab.25. Ouidius in Ibin.v.605.

v.33. *Quaeuerunt*] Palat. *perquiuerint*.

v.36. *Agitarint*] Pal. *cogitaret*. Bertin. & Rom. *Cogitarint*.

v.38. *Id est parietibus & ipso solo & omni fundamento*] Dele Gloſſema cum Wowero.

v.41. *Ob id ab aquis ſterilem*] Bert. *o.i. ad aquas ſteriles*. Vide Gruteri ſuſpiciones & Scoppium Suſpect. lect. lib.4.c.6.

Pag.107.v.2. *Diſceſſit*] alii, *diſſedit*. Vera lectio *deſedit*.

v.8. *Antelucio*] vulgo, *ante lucem*, male.

Laſſitudine noctis] *τὸ noctis* rectè delet Daniel Bucretius.

v.9. *Quam pote*] Rom. & Ald. *quam putas*, male. Vide Coluium.

v.10. *Inſolita vinolentia*] Palat. & Coluius, *i. violentia*.

Diurna fatigatione] Flor. & Pal. *diuturna f.*

v.12. *Adducta fore*] Petronius: *obduxit repente oſtium cellae, meque nihil tale exſpectantem incluſit*.

v.13. *Aggeſto*] Bert. *adjecto*, Scopp. *adiecto*.

v. 14. *Circa tertiam ferme vigiliam*] Arnobius in Pſalmum 129. *Cuſtodia vna quarta pars noctis eſt. Ergo prima cuſtodia à veſpere incipit, ſecunda ad medium noctis attingit, tertia pullorum cantus tranſit, quarta vigilia matutina, quae in ortum luminis adimpletur*. Suidas εἰς τέσσαρας φυλακὰς διαιρεῖται ἡ νύξ, ἑκάστη δ' ἔχει ὥρας τρεῖς. Cenſorinus de die natali capite vigeſimotertio.

v.15. *Conniueo*] Pal.&c.Flor. *conhibeo*, male.

v.19. *Mutilus*] Bert. *mutilatus*.

v.23. *In vniuersum cooperit*] Rittershusius, *vniuersum* c. Wovver. *inuersus* c. rectè.

vers. 24. *Vt lachrymæ sæpicule de gaudio prodeunt*] Petrus Chrysologus serm. 64. *Fratres, habet hoc natura corporis humani, vt producat lachrymas vis gaudij, vis mœroris. Quotiens enim viscera aut tristitiæ aut lætitiæ nimio arctantur impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt.* Terentius Adelph act. 3. Scena 4. *Lachrimo gaudio.* Pindar. Pyth. Od. 4. p 246. de Æsone.

— τὸν μὲν εἰσελ-
θόντ᾽ ἔγνων ὀφθαλμοὶ πατρός.
ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ αὐτοῦ πομφόλυξαν
δάκρυα γηραλέων βλεφάρων
ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
γάθησεν ἐξαίρετον,
γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

Vide Alexandrum Aphrodis. Problemat. libr. 1. & Rhodiginum antiquar. lect. libro duodecimo, capit. 4.

v.27. *Obliquo aspectu*] ὄμμασι κιβδήλοισιν ὁρῶν, libr. 3. *obliquum respiciens*, &: *obliquato aspectu*.

v.31. *Carus Endymion*] Florent. & Roman. *c. endosymon*, Aldus, *C. Endromion*, Beroaldus, *Hedyosmion*, inepte.

v.33. *Insuper habitis*] Flor. *superhabitis*. Rom. & Ven *subterhabitis*, male, libr. 4. *lacrymis istis insuperhabitis*.

v. 35. *Calypsonis æternam solitudinem*] Homerus Odyss. ε.

v.40.

vers.4[illegible]. *Præcedentis dicacitatis*] Pal. *præsentis d.*

Pag. 1[illegible]8. v 5. *Desecamus*] alii, *resecamus.*

Pag. 1[illegible]7. v. 42. *Sudore frigido miser perfluo*] Qui anguntur, timent & trepidant, iis per membra omnia solet frigidus sudor emanare. lib. 2. *Frigido sudore diffluens euado.* libro decimo: *per vniuersa membra frigidus sudor emanabat.* Virgil. 3. Æneid.

Tum gelidus toto manabat corpore sudor.

Lucianus Eunucho pag. 167. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐπερρέπετο, καὶ παντοῖος ἦν καὶ μυρία τρεπόμενος χρώματα, καὶ ψυχρῷ τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος.

Pag. 108. vers. 4. *Bacchatim discerpimus*] Vt Pentheum Bacchæ. Ouidius Metamorphos. 3. Pausanias libro 11. fol. 89. Lucianus in Peregrino pagin. 269.

vers. 8. *Per jugulum sinistrum capulo tenus*] Tale quid narrat Burchardus Wormaciensis Episcopus libro decimonono de *pœnitentia* siue *medicina animarum*: *Credidisti, quod multæ mulieres retro Satanam conuersæ credunt & affirmant verum esse, vt credas in quiete noctis silentio Cum te collocaueris in lecto tuo, & marito tuo in sinu tuo jacente te dum corporea sis januis clausis exire posse, & terrarum spatia cum alijs simili errore deceptis, pertransire valere, & homines baptizatos & Christi sanguine redemptos sine armis visibilibus & interficere & de coctis carnibus eorum vos comedere & in loco cordis eorum stramen aut lignum, aut aliquid hujusmodi ponere, & commestis iterum viuos facere, & inducias viuendi dare. Si credidisti, quadraginta dies, id est carrinam in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas.*

v.10. *Vterculo*] Ald. & Bertin. *vtriculo*. Flor. *Vasculo*.

v.17. *Qua maxime patebat*] vulgo, *quam m.p.* Bertin. *quod. m.p.*

Offulciens] Bert. Baſ.2. & Roma. *effulciens*. Cuiacius, *effingent*, inepte.

v.21. *Perluerent*] Bert. *proluerent*, recte.

v.22. *Integra resurgunt*] τὸ *integra* abeſt à Palat & Bertino.

v.25. *Inanimis*] Palat. *inanis*. Gruterus, *in pannis*. Alii, *inanimus*.

Perlutus, alii, *perlitus*. Lib.2. *anhelans & ſudore perlutus*. Sic Rom. codex.

v.26. *Recens vtero matris editus*] Vide notata ad Arnobium lib.2.fol.46.

v.28. *Destinata*] Palatinus, *damnata*, quomodo etiam Lipſius coniecit.

De me fiet] Baſil.2. Coluius, & Stevvechius particulam *De* vt ſuperfluam male inducunt Nam & *me fiet*, & *de me fiet*, vtrunque bene latine dicitur, vt alii iam monuerunt.

verſ. 29. *Paruerit*] Palat. & Aldus, *patuerit*, male.

verſ. 30. *Proclamares ſuppetiatum*] Palat. *p. ſuppetium*. lib.4. *ſuppetiatum decurrunt anxii*. libr. 7. *omnem viciniam ſuppetiatum conuocans*.

v.33. *Arbitro*] Palat. *arbitrium*, male.

v.35. *Optimum itaq. factu viſum*] Sic omnes Manuſcripti & editi legunt. Coluius *o.i. factum*.

Anteluculo] Bertin. *ante diluculo* male.

v.39. *Deſerata*] alii, *reſerata*.

Pag.109.v.3. *Infeſtari vias*] Bert. *i. vicis*, vnde alii, *i. vicos*.

Hoc noctis iter] Plaut. Amphitruone: *Qui me alter est audacior homo, qui hoc noctis solus ambulem.*

vers. 6. *Sed & praeterea*] Pal. τὸ *sed* recte inducit.

vers. 8. *Nudum nec a decem palaestritis despoliari posse*] Roman. *n.n.a.d.p. te spoliari p.* Seneca Epistola 14. *Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est.* Hieronymus in Vita Hilarionis cap. 7. *Nudus latrones non timet.* Iuuenalis Satyr. 10. v. 22.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Dio de venatione fol. 100. οὐ γὰρ ἐπιβουλευθῆναί ποτε ἔδεισα. οὐδὲν ἔχων ἢ φαῦλον ἱμάτιον. καὶ πολλάκις μὲν δὴ καὶ ἄλλοτε ἐπειράθην ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ἅτε ἐν ἄλλῃ συνεχεῖ. αὐτὰρ οὖν δὴ καὶ ποτε ὡς ἔστι πενία χρῆμα τῷ ὄντι ἱερὸν καὶ ἄσυλον, καὶ οὐδεὶς ἀδικεῖ πένητας, οὐδέν γε ἧττον ἢ τοὺς τὰ κηρύκεια ἔχοντας. Vide Chrysostom. in Matthaeum homil. 84.

v. 10. *Conuenone illo tuo*] Ita Scaliger. In Manuscriptis & editis omnibus est, *conuectore.* Gruterus Suspicion. lib. 1. cap. 8. *conuentore* legit. Stevvech. *combitore.* alij, *conuictore.*

v. 13. *Esurientem mei*] Flor. *esurientem me.*

v. 15. *Reseruasse*] Bertin. *seruasse.*

vers. 16. *Tumultuario mortis genere*] Pal. *tumultuariae m.g.* Ita vocat mortem, quae non ex natura, nec fatalis. Plin. lib. 1. Epist. 12.

v. 23. *Qua erat intextus*] Coluius, *qua erat is tentus.*

v. 25. *Obducta*] alii, *obdita.*

Altera] Flor. *a latera*, inepte.

v. 26. *Coacta*] Palat. *aucta.*

Immisso capite] Ald.& Rom. *& misso c.* Bert. *emisso c.* recte.

vers. 28. *Ad ingluuiem*] Ita omnes Manuscripti. quod falsi & audaces emendatores inepte mutarunt, *adgulam*, vel *ad jugulam*. Festus: *Ingluuies a gula dicta. hinc & ingluuiosus, & gluto, & gulo.*

v.27. *Laqueum induo*] Cicero in Verrem Orat. 4. *Induere se in laqueos.*

v.30. *Disrumpitur*] Rom. *dirumpitur.*

Decidens] Rom. Bas.1. & Aldus, *recidens.*

v.34. *Stratus inuolutus*] Flor. *Stertus i.*

v.36. *Immerito*] Vulgo, *merito.* Vide Indicem.

v.37. *Curiosus*] alii, *furiosus.*

vers 40. *Et ecce inquam*] τὸ *inquam* abest à Palatino.

Pag.110. vers.2. *Olore*] Sic Bertin. Florent. & Pal. *odore.*

v.3. *Perfusus*] vulgo, *percussus*, male. Infra *non sanguine, sed lotio perfusus es.*

v.5. *Oloris*] Flor. *odoris.*

v.6. *At ego miser*] Rom. & Ald. *at ego mire.* Guilhelmius, *At ego mis ere.*

vers. 7. *Intentionem eius denuo deriuo*] Bertin. *i. e. d. diruo.* Fuluius: *interrogationem e. denuo deriuo.*

vers. 8. *Itineris matuti gratiam carpimus*] Flor. Ful. *i. m. g. capimus.* minus recte. Statius libr.1. Thebaid.

sublimes raptim per inane volatus
Carpit.——

Ouid.1. Trist. Eleg.10. — *remige carpit iter.*
Et —— *placuit pede carpere campos.*

vers. 11. *Curiosè sedulo*] Gruterus, *curioso oculo.* Sed

Sed nil mutandum. Nam lib. 2. etiam aduerbia duo *vndique omnifariam* copulat. Et Cicero lib. 2 Epist. ad Brutum. *Tandem aliquando Romæ esse cœpimus.* Vide Indicem.

v. 13. *Poculis & vino sepultus*] Ambrosius de Abraham lib *1.* cap. *6. Qui vino nimio indulgent, iacent sepulti.* Virg. 2. Æneid. Marius Victori. in Genesim. v. 402.

v. 17. *Crapula distentos*] lib. 2 *iam & ipse crapula distentus protinus exsurgo.*

v. 18. *Quod poculis minus temperaui*] lib 3. *Tunc igitur à poculis temperaui.*

v. 24. *Genua quatior*] Ouid. 2. Metamorph. vers. 180.

——genua intremuere timore.

vers. 16. *Medici fidi*] Bert. *medici ficticilo.* Gruterus, *medici viri.* Lipsius. *Medici fici* vel *medici ficces.* alii, *medicum filij.* Hallucinantur. *Medicum fidum* lib. 10. Metamorph. appellat, compertæ fidei, id est, spectatissimum, boni nominis & consummatæ peritiæ. E contra medico malo & malitioso *nota perfidiæ* nomen imponit.

v. 17. *Grauia somniare*] Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Onerocriticis.

αἱ τῶν ὀνείρων τὰς σκιώδεις ἐμφάσεις
ψευδεῖς ὀνείρους κοιλίας δηλοῖ γόμος,
πολλὴ πόσις τε καὶ κάρωσις ἀκρατοῦ.

Cicero de diuinatione libr. 1. fol. 185. *Vera quidem multo plura euenirent* (Somnia) *si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus.*

vers. 20. *Cruore humano*] Bertin. *cocliore h.* malè.

v. 23. *Sum mihi*] idem non agnoſcit particulam *mihi*.

v. 26. *Tibi adeſt*] τὸ *adeſt*, delet Bertin.

v. 28. *Reſideamus*] Pal. Roman. & Aldus. *reſidamus*.

v. 30. *Intentiore acie*] Rom. & Ald. *interiore macie*, male.

v. 35. *Crebritas*] Flor. *Breuitas*.

Pag. 111. v. 1 *Ignauus ibat*] Bert. & Rom. & Baſ. *ignauius ibat*. Ouid. metamorph. v. 456.

Ibat & attritas verſabat viuus arenas.

v. 2. *Æmulos in colorem*] Bert. *a. in colore*.

Explere latice fontis lacteo] Pal. *explete l. f. l.* Ianus Gruterus, *e. l. f. tacito*. Iſacius Pontanus, *e. l. f. Bracteo*. Errant. Laticem lacteum dicit puram & candidam aquam. Seneca Oedip. v. 495. *Niueique lactis fontes*. Et virgil. 8. Æneid. —*lactea colla*. & Suetonius, *lacteam ceruicem* pro pulchra & candida poſuerunt.

v. 3. *Opertus palliolo in planiorem*] Flor. *o. paululum i. p.*

v. 9. *Cernuat*] Sic Flor. Baſ. 2. & Scaliger. Bertin. Baſ. 1. Roman. & Aldus. *Corruerat*, male. Vide Indicem.

v. 12. *Arenoſa humo*] Bert. *arenoſæ humi*.

v. 20. *Vt habitus & habitudo*] lib. 9. *Vt indicabat habitus & habitudo*.

v. 22. *Vt fata decreuerint*] τοὺς γὰρ μοιρῶν ἀπειρίτους ὅρους περιϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν δὲ οὐκ ἐφικτόν, ait Heliodorus lib 2. pagin. 106. Vide Herodotum libr. 3. & 9. Notas noſtras ad Minutium Felicem.

verſ. 25. *Ignaro relata*] Bertin. *ignaruro r.* Vnde

corrigunt

corrigunt alii, *ignarum relata.* Ego à vulgatis non discedo.

v. 26. *Gratas gratias*] Bert. *Grates gratas.*

v. 24. *Vsu venire*] Rom. *vsu euenire.*

v. 27. *Auocauit*] Palat. & Bert. *aduocauit*, male. Vide Indicem.

v. 38. *Quo beneficio*] Repone antiquam lectionem ex Bertin. Florent. Roman. & Aldo, *quod beneficium.*

v. 31. *Prouecto*] Bert *peruecto.*

v. 32. *Seorsim abiere*] Rom. *seuorsum a.*

v. 33 *Ingressus*] alii, *ingressa.* Bertin, *ingressus.*

v. 35. *Annuis*] Bert, *concurrit.*

v. 36. *Primoribus*] Bert. *prioribus*, male.

v. 37. *Qui extra vrbem totam pomœrium colit*] Sic Florent. 1 secundus legit, *qui extra pomœrium & vrbem totam colit.* Palat. *vocem pomœrium* inducit. Lucianus: οἱ δὲ εἰδέναι τὸν ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον καὶ ὅποι τῆς πόλεως οἰκεῖ. καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἔχοι, καὶ ὅτε μίαν θεράπαιναν τρέφει, καὶ τὴν αὑτοῦ γαμετὴν, μόνας. ἔστι δὲ φιλαργυρώτατος δεινῶς. ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, κηπός τις ἔνδον ἦν, καὶ οἰκίδιον ἀνεκτὸν, ἔνθα ὁ ἵππαρχος ᾤκει.

Pag. 112. v. 1. *Ampliter nummatus*] Bert. *a. munitus* male.

v. 2. *Sordis infimæ*] Iuuenalis Sat. 14. v. 124.

— *Cogit minimas ediscere sordes.*

& Horatius:

Sordidus à tenui multum distabit. —

v. 5. *Cum vxore etiam calamitatis suæ comite habitat*] Sic rescripsi ex Flor. Bert. & Rom. vulgo, *Cum vxorem e. c. s. c. h. beat.*

v. 6. *Habitu mendico*] Bert & Rom. *h. mendicantis* alii, *habitu mendici.*

v. 8. *Prospicue*] Ita Bertinus, alij, *perspicue*. inepte. Vide Indicem.

v. 10. *Et cum dicto modico secus progressus, ianuam pulsare vocaliter incipio*] Notat morem antiquorum, apud quos, si quis ostium pulsabat, etiam fortius solebat clamare: Libanius in Inuido fol. 3. 9. ἐξελθὼν ἕωθεν. καὶ κεκλεισμένας ἰδὼν τὰς τοῦ γε τινος θύρας, οὐκ εἰσῆλθον. ὃν προσελθὼν κρούσας ἐκάλουν. ὡς δὲ οὐδεὶς ὑπήκουε, πάνυ σφόδρα κόπτω· καὶ βοῶν μόλις ἤκουσα παρὰ τοῦ τὰ ἔνδον ἀπιέναι. Vide Helladium apud Photium fol. 875. & Muretum Var lect. lib. 1. cap. 17.

v. 13. *Heus tu, qui tam fortiter fores verberasti*] Confer Lucianum, ex quo ad verbum hæc mutuatus est Apuleius noster.

peregrinantem] Bertin. *peregrinaturum*.

Fortiter] Rom. Bert. & Ald *firmiter*.

Sub qua specie mutuari cupis] Hieronymus Tom. 6. in Matthæum cap. 21. *Posuerant numularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam, proque vsuris accipiebant varias species.*

vers. 15. *Meliora, inquam ominare, & post responde.* Magis placet Bertini codicis lectio, *meliora, inquam, nomina & potius responde, an intra ædes.*

v. 19. *Hæc ibidem operitor*] In Flor. Bert. & Pal. cl. *i. me operiminor.*

v. 20. *Foribus*] alii *ædibus.*

v. 25. *Properiter*] alii, *perniciter*, Rom. *prosperiter.*

v. 23 *Assidebat pedes vxor*] Liquidissime vera lectio, quam Beroaldus frustra immutat in *penes u.* Vide Colui notas, Lipsium ad Annal. Taciti. & Casaubonum ad Lampridium p. 333. & seq.

v. 30.

v. 30. *Nam præ metu latronum nulla est fabula*] Flor. 1. Lipsianus & Palatinus habent, *n. p. m. l. n. e. scibula* Flor. 2. Ro. & Bas. *n. p. m. l. n. est fibula*. Aldus: *P. m. l. n. est esula* alii, *præ m. l. n. e. cibilla*. Beroaldus: *p. m. l. nulla sessibula*. Idque rectum est, vnde omnes cæteras lectiones ἀπολακτίζω, vt ineptas, & vacuas. Plautus Pœnulo Scena, *Negotii vim, qui volet,* &c.

Quæ tibi oleant stabulum statum sellam & sessibulum.

v 34. *Conjicerem*] alii *Conuincerem*.

v. 40. *Hecates anus*] Florent. *Ales anus*. Bert. *alefanus*, male. Vide Iulianum Epist. ad Iamblichum p. 299. Ang. Politian. Centur. Miscell. cap. 24. Cœlium Rhodig antiq. lect. lib. 30. cap. 11. & Andream Schottum Obseruat. lib. 2. cap. 29.

Pag. 113. v. 1. *Conde*] Bert. *crede*.

v. 3. *Profer*] Pal. *Proferas*, Bert *perfer*.

v. 7. *Quæ itineris vbique nos*] Auget Bertinus, *q. i. v. rite nos* bene.

v 9. *Summe præcipuum*] Rom. *s. principium*. Roaldus, *summum principium*.

v. 15. *Aspernatus*] Puto hanc vocem abundare.

v. 17. *Post aliquam multum temporis*] Sic Scaliger & Coluius. Flor. *p. aliquantulum multum t.* Bertin. *aliquantulum multum t.* Floridis: *Post aliquammultos dies affuerim*. Apologia *Sed hæc defensio, vt dixi, aliquam multum à me remota est* libr. 11. Metamorph. *Patrium Larem reuisurus post aliquam multum temporis.*

v. 12. *Cibatui prospicerem*] Mox post *Cœnæ affatim piscatus prospexerimus.*

v. 18. *Innadit, ac comiter desolatus*] Pal. *innadit*

deat a.c. d. male. Nota hic obiter morem antiquum osculandi amicos & hospites. De quo videndus Stewechius, & Muretus ad Catullum pag. 23.

v. 20. *Exinde cum è Vastio magistro*] Sic Rom. Ald. & Venet. Bas. 1. *exinde è Vestio m.* Bert. *exinde Euastio.* Stewechius. *E. cum Astij a magistro.* Flor. & Lipsii codex τὸ *Vastio* ignorat.

v. 22. *Voti gaudeo*] Videtur aliquid deesse.

v. 23. *Congruentem*] Bert.. *conuenientem.*

v. 22. *Lixas & virgas*] Lælius Bisciola Subseci uar. lib. 14 cap. 21.

v. 24 *Ædilem gerimus*] id est, officium ædile siue ædilitatem. vt Plautus loquitur in Sticho Scena: *Quis nam obsecro.* &c. vt Scaliger *adilatum g.* legit, cui non subscribo hoc loco.

v. 34. *Iam inquit, iam nec*] Sic Manuscripti omnes.

v. 31. *Quanti parasti*] Aldus, *quantum p.*

v. 32 *Sedentem*] Flor. *sedebat.*

v. 33. *Pro ædilitatis imperio*] Ad ædiles cura fori rerumque venalium pertinebat, & hi solebant fallaciis vendentium occurrere, improbasque illorum merces proturbare. Plato de legibus lib. 6. fol. 276. Sudas in voce ἀγορανόμοι. Brissonius in Lexico Iuris, verbo *ædiles.*

Abnuebam] Lib. 2. *Tantum scelus abnuebat.* Lib. 6. *Venus inquisitionis abnuens.*

v. 36. *Indicatis*] Sic Bert. Flor. & Bas. 2. *Venditatis.*

Thessaliæ regionis] Stewechius τὸ *regionis* delet. Sic Ouidius 1. Tristium Eleg. 2. Alexandriam *vrbem Alexandri* vocat, Vide Colvii Notas.

v. 36. *Ad instar*] alii, *instar.*

v. 37.

v.37. *Diducitis)* vulgo *ducitis.*

Pag.114.v.4. *Valido consilio)* Scoppius *callido c.*

v.5. *Cubiculum)* alii, *cubiculo.*

v.12. *Obstinationi sua)* alii, *obstinationis sua.*

v.16. *Protuli)* Rom. *pertuli*, male.

v.17 *Primoribus)* Bert. *primatibus.*

v.18. *Vbi me)* τὸ *me* non est in Bertino.

v.20. *Incerta verborum salebra balbutire)* libr.10. *Ore semiclauso balbutiens nescio quas affanias effutire.*

v.22. *Concedere)* Rom. *concederem.*

v.24. *Optata)* Basil. *exoptata.*

EMENDATIONES AD LIB. II. METAMORPHOSEON.

v.31. *Sol nouus diem fecit)* Caius Matius apud Agellium lib.15.c.21.

Iamiam albicascit Phœbus, & recentatur
Commune lumen hominibus voluptasq;.

v.31. *Emersus)* Venet. *euersus*, male. Tertullian. de carne Christi cap.6. *Apelles posteaquam à disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus est, & dehinc in virgine Philumene Spiritu euersus est*, rescribe, *Sp. emersus est.*

Anxius alioquin) τὸ *alioquin* delet Bertinus.

v.34. *Thessaliæ loca tenere, quo artis Magicæ)* Scholiastes Horatii Epode 5. *Thessalia regio est Græciæ vicina, vbi magia viget plurimum, & herbæ magicæ abundant. Quare ab aliquibus illa dicitur inuentum Thessalum.* Hinc D. Chrysostomus in Epist. Pauli ad Ephesios cap.4. homil.15. *Thessalam* pro venefica ponit, inquiens: ὁ ἀπελθὼν δήπου ὁ μυρία πρότερον λοιδο-

ῥησαμένη τῇ ἀθλίᾳ καὶ ταλαιπώρῳ, ἢ κασαλίδα δὲ ἐξεπίτελαι προσε-στῶσαι καλοῦσα. Plin.li.30.c.1. Suidas Θετταλὴ γυνή.

v.38.*Singula*) alii, *cuncta*.

v.41.*De homine duratos lapides*) Quid credendum ſit de transformationibus, quæ arte Dæmonum hominibus videntur accidere, docet nos Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.18 c.18, & de *Spiritu & anima* c.26. fol. 618. Lib.2. *ad Simplic*. quæſt.3. & in quæſtion. Vet. & Nou. Teſt. qu.27. Bodin. de *Magorum Dæmonomania* libr.2.c.6. Del-rio Inquiſ. Mag. libr.2 c.18.

Pag.115 v.4 *Id genus pecua*) Lipſii codex, *id genus* ignorat.

v.7. *Nullo quidem initio*) Lipſius malit, *n.q. indicio*.

v.8 *Dum in luxu nepotali ſimul oſtiatim*) Scal. *Dum lixa temulento ſimilis oſtiatim*. Palat. *dum inceſſu t.ſ.o.* Cod. Lipſii, *dum luxu temulento ſ.* Ego retinui Bertini & Florentini Codicis lectionem.

v.2. *Corporibus humanis*) alii, *cruoribus h.* recte.

v.9. *Neſcius*) Pal. *inſcius*.

v.11. *Famulatione*) Flor. *Famulitione*.

v.10. *Et ecce mulierem quampiam*) Lucian. καὶ τοῦτο γυναῖκά τινα ὁρῶ προσιοῦσαν ἐπὶ νέῳ εὐπορουμένην, ὅσον ἦν ἐκ τ᾽ ὁδοῦ συμβαλεῖν. ἱμάτια γὰρ ἀνθινὰ καὶ παῖδες συχνοὶ καὶ χρυσίον περιττόν. ὡς δὲ πλησιαίτερον γίνομαι, προσαγορεύει με ἡ γυνή, καὶ ἀμείβομαι αὐτῇ ὁμοίως.

v.11 *Accelerato veſtigio*) infra: *dum accelero veſtigiū*

v.12 *In genis*) Ita Bertinus, alii, *in gemmis*.

Implexum) Flor. *infleſſum*. Moris olim & etiam nunc veſtes auro intexere. Hier. Ep.22. de cuſto. virg. ad Euſtoch. *Quæ maritorum inflammantur honoribus quas Eunuchorum greges ſepiunt in quarum veſtib. attenuata in filū auri metalla texuntur*. Ou.3. Met. v.556.

-- *& pictis intextum veſtibus aurum.*

Cydo-

Cydonius de *contemnenda morte* pag. 11. τὸ δὲ αὐτοῦ μηχανᾶται καὶ περὶ τὴν ἀμπελόνην, οὐ πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν μόνον ὑποβολὰς τοῖς ἱματίοις φραττόμενος· ὀλίγης γὰρ ἂν ἔδει πρὸς τοῦτο φροντίδος. νῦν δὲ ἐκεῖνο μὲν τῇ φύσει καὶ ζώοις ἀπέρριψεν. ὁ δὲ λίχνος πολλὴν κἂν τοῖς ἱματίοις ἐξεῦρεν αὐτοῦ τὴν ἁβρότητα καὶ γῆς καὶ ὕλης διαφορὰν ἐξήτησε, καὶ λίθους ἐξεῦρε καὶ χρυσὸν συνέφηνε καὶ παντοδαπῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ἰδέας ἐν τούτοις διέγραψε, καὶ ἱματίων ἰδέας ἄλλας ἄλλοις ἀπένειμεν, ὡς ἂν ἕκαστος γένους ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τυγχάνῃ.

v. 14. *Iam grauis in annis*) Sic Flor. & Aldus. Horat. lib. 1. Satyr. 1. *Miles annis grauis.*

v. 15. *Hic Lucius*) dele τὸ *hic* ex Flor.

v. 16. *Incertum quid*) Rom. codex, *incertum quidnam.*

v. 17. *Accedis & salutas*) Pal. & Fl. *accedas & saluta.*

v. 18. *Vereor ignota mihi fæmina*) ἀρχαϊσμός.

v. 17. *Ipse parentem*) Bert. *etiam vel ipsam parentem.*

Et statim in rubore suffusus) sic Aldus. τὸ *in* non agnoscit Flor. & Rom. Supra tamen dicit: *Senex grauis in annis.* & lib. 8. *In hebeti pigritia ferox*, & li. 2. *vini cadum in ætate pretiosi.*

v. 19. *Reiecto capite*) Bert. & Coluius *deiecto c.*

v. 20. *Generosa prola*) Rom. & Flor. *g. probitas.*

v. 21. *Sed & cætera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia*) Sic edidit Vulcanius suadentibus Scaligero & Grutero, Rom. & Aldus, *s. e. c. c. inæquabiliter a. r. qua diligenter aliquid affingunt, sunt congruentia.* Flor. 1 *sed et cuncta corporis exsecrabiliter.* Flor. 2. *s. & cætera inexecrabiliter a. r. qua diligenter aliquid affingunt.* Bertin. *c. c. execrabiliter quam diligenter aliqui adsignant.* male.

Ad regulam) à fabris sumpsit metaphorã. Zachar. cap. 2. v. 1. vocatur γεωμετρικὸν σχοινίον. Esai. 33. v. 2. σπαρτίοι γεωμετρίας.

v.22.*Succulenta*)Flor.*fuculenta gracilitas.*

v.23.*Flauum*) Flaui capillitii magna olim cura, magnus honos. Statius Achil.*1.*verf.*162.*

—fuluoq́, nitet coma gratior auro.

Ouidius de Cydippe:

Hoc faciunt flaui crines & eburnea ceruix.

& lib.2.Faft.de Lucretia:

Forma placet, niueusq́, color, flauiq́, capilli.

v.24. *In aſpectu micantes prorſus aquilino*) Sic edidit Coluius. In Flor. eſt, *in aſpectu m.p.a.* Aldus *i. aſpectus m.p.aquilonis.* Rom.*i.a.m.p.aquilinos.* Roaldus, *in aſpectu minores p.a.* male.

v.25.*Floridi*)Flor *floridum.* Bertin.*floridus.*

v.32. *Ego ſum Byrrana illa*) Lucianus pag.342. καί φησιν, ἐγὼ Ἀβροιά εἰμι, εἴποτε τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις. καὶ ἡμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γενομένους φιλῶ, ὥσπερ οὓς ἔτεκεν αὐτή. τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις ὦ τέκνον; ἀλλὰ σοὶ μὲν ἔφην πολλὴ χάρις. αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλῶν. ἔπειτα φεύγειν τὴν ἐκείνου οἰκίαν. ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, ὦ φιλτάτη, καταγόμαι παρὰ σοί. ποῖ δὲ, ἔφη, καὶ καταλύσῃ; παρὰ Ἱππάρχῳ τῷ φιλαργύρῳ ἔφην; μηδαμῶς εἶπεν ὦ μῆτερ τοῦτο εἴπῃς. λαμπρὸς γὰρ καὶ πολυτελὴς γέγονεν εἰς ἐμὲ, ὥστε καὶ ἐγκαλέσαι αὐτῆς τῇ τρυφῇ.

v.28.*Socia fui*)Dele τὸ *fui* ex Bert & Flor.

v.30.*Vna coaluimus*) Bertin. *ambae c.*

v.40.*Altercamur*)*Stevvechius*)*alternamus.* Roaldus, *altricamur.* male. vide Indicem.

Pag.116.v.2. *Attollebant*)Flor.& Lipſii liber, *attolerabant.*

v.3.*Sine greſſu pila*) Roald.*ſupergreſſu p.* recte.

verf.11. *Sic unde latratus*) Bert.*ſic unum latratus,* male.

v.8. *Canes vtrinq́, ſecus*) Roald. *C. utrinſque ſecus.* Bene.

v. 4. *Decitantes*) Colutius, *delibantes*.

v. 5. *Ecce lapis Parius*) Bert. & Rom. *e contra lapis P.*

v. 11. *De faucibus lapideis*) vulgo, *d. f. lapidis*.

vers. 13. *Signifex*) Flor. & Lipsii liber & Rom. *signifer*.

In pectus arduis) Rom. & Aldus, *impetus arduus*. male.

v. 15. *Muscis & herbis*) Bert. *Meiacis & herbis*. Flor. 1. *mustis & h.*

v. 19. *Ars aemula naturae*) Author Rhetor. ad Herennium lib. 3. *Ars imitatur naturam*. Plin. libr. 33. *Accessit ars picturae, didicit homo naturam prouocare*. Chalcidius in Platonis Timaeum pag. 268. *Imitantur naturam ars & disciplina.*

v. 20. *Mustulentus autumnus*) libr. 9. *Post mustulentas autumni delitias.* Columella lib. 10. de cultu hortorum:

Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis
Sordibus & musto spumantes exprimit vuas.

Vide Boethium libr. 1. de Consolat. Philos. Nonnum Dionysiac. lib. 10. Oppianum de Venat. lib. 1. Arnob. libr. 1.

v. 21. *Et si fontes*) Bert. *Et si fomites*.

v. 23. *Vt rure pendentes*) alii, *vt vite pendentes*.

v. 25. *Actaeon curioso*) Flor. *Actaeon simulachrum curioso*. Lege, *Actaeonis simulachrum c.*

ver. 26. *In dorsum proiectus*) Flor. 1. *in dam. versum prolectus*. Flor. 2. *inde iam proiectus*, male.

v. 30. *Praecepit*) Bert. *praecipit*.

v. 31. *Vt anxie tibi metuo*) Lucianus: οὐ γὰρ μεμψόμεθα, καί με τῆς χειρὸς λαβομένη ἄγε πορρωτέρω, ἢ λέγε πρὸς ἐμὲ

φυλάττειν μοι ἔφη τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ. μάγος γάρ ἐστι δεινὴ, καὶ μάχλος· καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν. καὶ εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῷα, τοὺς δὲ τελέως ἀπώλεσε. σὺ δὲ καὶ νέος εἶ τέκνον, καὶ καλὸς, ὥστε εὐθὺς ἀρέσαι γυναικί. καὶ ξένος, πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον. ἐγὼ δὲ πυθόμενος, ὅτι τὸ πάλαι μοι ζητούμενον, οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται, προσεῖχον αὐτῇ οὐδὲν ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀφείθην, ἀπῄειν οἴκαδε, λαλῶν πρὸς ἐμαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ· ἄγε δὴ σὺ ὁ φάσκων ἐπιθυμεῖν ταύτης τῆς παραδόξου θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτὸν, καὶ τινα εὕρισκε σοφίαν, ἵνα τεύξῃ τούτων, ὧν ἐρᾷς. καὶ ἐπὶ τὴν θεράπαιναν τὴν Παλαίστραν ἤδη ἀποδύου. τῆς γὰρ γυναικὸς τοῦ ξένου καὶ φίλου πόρρω ἵστασο, κἀπὶ ταύτης κυλιόμενος, καὶ γυμναζόμενος, καὶ ταύτῃ συμπλεκόμενος, εὖ ἴσθι, ὡς ῥᾳδίως γνώσῃ. Δοῦλοι γὰρ τὰ δεσποτῶν ἐπίστανται καὶ καλὰ καὶ αἰσχρά.

v.38. *Submergere nouit*) Coluius, *mergit* legit, ſed contra fidem manuſcriptorum omnium.

v.39. *(Cum quemquam*) Bertin. *ſimul quenquam.*

v.40. *Sumitur*) Baſil. 1. *capitur*. Gruterus, *vritur.*

Quem dicis hoſpitem) τὸ *hoſpitem* delet Palatin.

Ilico in eum & oculum & animum detorquet) vide Muſæum de Herone & Leandro v. 69.

Pag. 117. v. 1. *Faſtidiens*) Palat. & Flor. *faſtidiens.*

v.3. *Hac tibi trepido*) Aldus, *h.t. trepidanda.*

Et cauenda) τὸ *&* male omittit Flor.

v.9. *Prorſus in ipſum barathrum præcipitare*) Plaut. Trinum. Sce. *Multas res* &c. *Qui in amorem ſe præcipitauit, peius periit, quam ſi ſaxo ſaliat.*

v.4. *Perpetuum*) alii, *perpetim.*

v.11. *Salue propere addito*) Artemid. li. 1. c. 85. ἔρρωσο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν οὔτε ἀκούειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, οὔτε μέλλοντες τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι.

v.13. *Amenti similis*) Seneca Thebaid. v.427: *Vadit furenti similis.*

Accelero vestigium) Pal. & Bert. *celero v.*

v.15 *Fabulis miseris*) Sic Flor. Ald. & Ro. Vulc. & Colu. *f. miscellis*. Beroal. *f. milesiis*, quod placet Scoppio.

Implere pectus) Petronius: *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete.*

v.19 *Annixe*) Flor. & Lipsii liber, *enixe.*

v.24 *Retrorsa*) Bert. *retrorsus.*

v.23 *Vultu prodidit*)

-- -- *Quis enim bene celat amorem?*
Eminet indicio prodita flamma suo.

Medea Iasoni apud Ouid. Ep.12 v.39

v.24 *Substitit*) Gabriel Rolandius, *subdidit.*

Quod bonum felix) vide Brissonii formulas lib. 3 p. 271 & seq.

v.25 *Licet salutare non erit*) Rom. & Ald. *L. insalutare non erit*, male.

v.27 *Pedibus in sententiam vado*) lib. 6. *Totis animis latrones in eius vadunt sententiam.*

v.30 *Viscum*) Scaliger, *viscus*, Rom. & Aldus, *iscum*. vide Colvii notas.

Pulpam frustratim confectam in abacum ad pascua iurulenta) Locus mendo non caret, Flor. legunt, *p. iururenta & amba compascuai*. Scal. *p. f. c. adiposam & iurulentam*. Bert. *p. f. confectam ambas compascue iurulentam*. Vulcan. *p. f. c. ad patis iurulenta*. Roman. *abacum ad pascua hyrulenta*. Nos Lipsianam emendationem cæteris prætulimus.

v.31 *Mihi ariolabar*) Flor. *inde ariolabar.*

v.32 *Linea tunica*) Palat. *lintea t.* æque bene.

v.38 *Inundabat*) Sic Msti. Beroald. *nudabat*, vulgo, *vndabat*, male.

Immisso capite] Ald.& Rom. *& misso c.* Bert. *e-misso c.* recte.

vers. 28. *Ad ingluuiem*] Ita omnes Manuscripti, quod falsi & audaces emendatores inepte mutarunt, *adgulam*, vel *ad jugulam*. Festus: *Ingluuies à gula dicta. hinc & ingluuiosus, & gluto, & gulo.*

v.27. *Laqueum induo*] Cicero in Verrem Orat. 4 *Induere se in laqueos.*

v.30. *Disrumpitur*] Rom. *dirumpitur.*

Decidens] Rom. Bas.1.& Aldus, *recidens.*

v.34. *Stratus innolutus*] Flor. *Stertisi.*

v.36. *Immerito*] Vulgo, *merito.* Vide Indicem.

v.37. *Curiosus*] alii, *furiosus.*

vers 40. *Et ecce inquam*] τὸ *inquam* abest à Palatino.

Pag.110. vers.2. *Olore*] Sic Bertin. Florent. & Pal. *odore.*

v.3. *Perfusus*] vulgo, *percussus*, male. Infra *non sanguine, sed lotio perfusus es.*

v.5. *Oloris*] Flor. *odoris.*

v.6. *At ego miser*] Rom. & Ald. *at ego mire.* Guilhelmius, *At ego mi ere.*

vers. 7. *Intentionem eius denuo deriuo*] Bertin. *i. e. d. diruo.* Fuluius: *interrogationem e. denuo deriuo.*

vers. 8. *Itineris matuti gratiam carpimus*] Flor. Ful. *i. m. g. capimus.* minus recte. Statius libr.1. Thebaid.

sublimes raptim per inane volatus
Carpit.——

Ouid.1. Trist. Eleg.10. — *remige carpit iter.*
Et —— *placuit pede carpere campos.*

vers. 11. *Curiosè, sedulo*] Gruterus, *curioso oculo.* Sed

Sed nil mutandum. Nam lib. 2. etiam aduerbia duo *vndique omnifariam* copulat. Et Cicero lib. 2. Epist. ad Brutum. *Tandem aliquando Romæ esse cœpimus.* Vide Indicem.

v.29. *Orba saeua & iniqua fortuna*] Plinius lib 2. cap.7. *Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis omnium vocibus fortuna sola inuocatur, & vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur, à plerisque verò & caeca est aestimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix.*

v.29. *Hiccine* Flor. *Hoccine*.

v.37. *Splendicant gemmæ*] Rom. *Splenditant g*. lib. 7. *cui depiles genæ leui pueritia splendicarent*.

v.38. *Calcatur aurum*] supra: *gemmas & monilia calcat*.

pag. 163. v. 5. *Cucurbita glabriorem & quouis puero pumiliorem*] Sic Fulgentius de Prisco sermone hunc locum laudat. Bert. & Florentini, *c. caluiorem, & q. p. pusilliorem* legunt.

v.4. *Seniorem*] Senes contemnuntur passim à iuuenculis. Menander:

πικρὸν ἐστὶ θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

vers. 6. *Serris & cathenis*] Flor. & Palat. *ferris, &c*.

v.10. *Duratos in lapidem digitos*] Persius Sat. 5.

--- *cum lapidosa chiragra*
Fregerit articulos. Vbi vide Casaubonum.

Ac per hoc rarissimè Venerem recolentem] Flor. *a. p. h. rarissimo v. r*. Ægroti inepti sunt ad Veneris sacra celebranda. Achilles Tatius de Clitoph. & Leucip. amorib. lib. 6. p. 134. νόσος γὰρ μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν. οἶδας δ' οὐκ ὑγιείας χωρὶς οὐδὲν ἐστιν Ἀφροδίτη.

vers. 11. *Cataplasmatis*] Flor. & Rom. *cataplasmatibus*.

v.12. *Medica laboriosam personam*] Aldus, *medici l. p.* malè.

v.16. *Collapsam indignè*] Sic MSS. Rom. & Aldus. Scaliger & Lipsius, *collatam*. Vulcan. *collectam*, malè.

v.19. *Inuita proiecerit*] Bert. *in via p.*

v.20. *Efflari*] Bert. *afflari*. malè.

v.21. *Nec sum mulier*] Eleganter. Earum enim propriū est inuidere & irasci. Iuuenal. Sat. 10. v. 190.

Sem-

Semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas
Vltio: continuò sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Omnino spiro] Flor. *o. spirem.*

Quod ipsa vidimus, quæ vidisse pœnituit] Ouid. lib. 2. Metam.

Sed videt ingratos, intabescitq; videndo
Successus hominum.

v. 35. *Proinde*] vulgati, *perinde.*

v. 31. *Planè sobrios*] Grut. *p. sobria.*

v. 37. *Prorsus*] Flor. *prorsum.*

v. 38: *Deserentes*] Sic rectè Coluius. Flor. *deterrẽtes.* Rom. & Ald. *deterentes.* supra: *iugum sororium consponsæ factionis ne parentibus quidem visis scopulum petunt.*

pag. 164. v. 11. *Familiam propagauimus*] Rom. *f. propagabimus.*

vers. 12. *Infantilis vterus*] vulgo, *infantulus u.* malè.

v. 22. *Dies vltimus*] Flor. *d. vltima.*

v. 24. *Aciem direxit*] lib. 3. *dirigitur præliaris acies.*

v. 29. *Internecium*] alii *internecinum.* Rom. *internocinum.*

v. 31. *Cum more Syrenum*] Bert. *c. in more S.* Flor. *c. in morem S.* rectè.

v. 33. *Sermonem incertans*] Aldus, *s. insertans,* malè.

v. 38. *Conspectum sororum*] Bert. *complexum s.*

v. 41. *Sic in hoc face paruulo*] Flor. & Rom. *s. i. h. saltem.*

pag. 165. v. 2. *Chareq;*] vulgò, *dicataq;.*

v. 5. *Amplexibus mollibus*] Pal. *a. mellitis.*

νομίζων γὰρ ὥσπερ ἑτέροις φορὰν ἀγαθῶν ἔσεσθαί μοι τὸ πρᾶγμα συμφορὰν ηὑρόμην προσδεξάμενος. λύσας δὲ οὐδὲν τῶν κακῶν. εἴδη γὰρ χωρὶς μὲν ἀλγεῖν ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνδρῶν εὐτυχίαις. χωρὶς δὲ τὰς τῆς γυναικὸς τῆς ἐμῆς ἑτέρας εὐπορωτέρας ὁρᾶσθαι. πάλιν οὖν ἂν πάθα τοῖς θεοῖς ἀνενείμην. ὦ Ζεῦ καὶ ἥλιε, καὶ γῆ, καὶ ἥρα, καὶ δήμητερ, ὁ δεῖνα τῶν πολλῶν εἷς ὤν, πρὶν ἢ γαμεῖν μετὰ τὸν ὑμέναιον ἐν τοῖς εὐπόροις. ἐγὼ δὲ οἷος πρὶν ἢ τῶν περὶ τὸν γαμήλιον ἐκλελοιπὼς οὐχ ἧψα δᾷδας; οὐκ ἐστεφανωσάμην; οὐκ ἔθυσα κατὰ δύναμιν; οὐχ εἱστίασα τοὺς φίλους; ποῖ δή μοι ταῦτα οἴχεται καὶ παραναλωται.

v.22. *Domus tota lauris obsita*] Moris vulgati, In Nuptialib. festiuitatib. & publico gaudio domus lauro coronare. Tert. Apol c.35. *Cur die laeto non laureis postes obumbramus.* lib.2. ad uxorem: *Procedit de ianua laureata. Recētissimis & ramosissimis laureis postes praestruebant.* Christiani omnino hoc improbarūt. Tert. de Corona milit. c.13. *Christianus nec laureis ianuam suam infamabit.* Martinus Bracarensis in Excerptis cap. Syno. Graec. c.74. *Non licet iniquas obseruationes agere diebus Calendarum, & ocijs vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. omnis haec obseruatio paganismi est.*

v.25. *Ingestis*] lib.5. *patulis ac petulantibus suauijs festinanter ingestis.*

v.27. *Excertis*] Flor. *infertis.* Bert. *incertis*, alii, *infestis.*

v.31. *Trepidae*] Gruterus, *trepidè.*

v.32. *Sic ad instar Attidis vel Protesilai*] Sic lego cum Flor. & Romano Palat. *s.a. Athridis.* Bert. *s.a. Agidis.* Venet. *s.a. Atracis.* Aldus, *s.a. Athacidis vel Pyrithoi.*

v.33. *Dispecta*] Lipsius *disiecta.* Ian. Guilhelmius, *dispesta.*

Sed scaeuissimo] Flor. *sed ecce scaeuissimo.*

v.39. *Coronis floridum*] Tert. de Corona mil. c.13.

Coro-

Coronant & nuptiæ sponsos. Libanius declam.8 fol. 327. Τί τὸν περὶ τὸ γαμήλιον ἐκλελοιπώς; οὐχ ἧψα δᾷδας; οὐκ ἐστεφανωσάμην; Declam.39.f 830. ἐπὶ δὲ τούτου οὐχ ὑπῆρξε, δὸς ἡμῖν ὦ πάτερ χάριν μετρίαν· ἐπίτρεψον μέχρι τῆς τελευταίας θρηνεῖν, μηδὲ στεφανώσῃς, μηδὲ προσειπῃς αὐτῆς νυμφίον. Oppianus Cyneget.lib 1.v.337.

ὡς δέ τις ἠϊθέων ὑπὸ νυμφοκόμοισι γυναιξὶν
εἵμασιν ἀργεννοῖσι καὶ ἄνθεσι πορφυρέοισι
στεψάμενος, πνείων τε παλαιστινοῖο μύροιο
ἐς θάλαμον βαίνῃσιν ἐμὸν ὑμέναιον ἀείδων.

Pag.155.v.6. *Mi hercles*] Rom. *me hercules.* Aldus, *mea Hercles*, malè. Lib. 9. *De isto quidem mi hercles*, &c.

v.10. *Flere & vapulare*] Ausonius Ephem. de somniis:

Sunt qui & fletus & gaudia controuersa
Coniectent, varioq; trahant euenta relatu.

Artemidorus lib.2.cap 65. δακρύειν καὶ ὀδύρεσθαι ἐπὶ νεκρῷ ἢ ἐπὶ ἄλλῳ τινι, καὶ αὐτῷ τὸ λυπεῖσθαι χαρὰν ἐπί τινι καὶ ἡδονὴν ἐπὶ κατορθώματι ἐσομένην προαγορεύει ὀρθῶς κατὰ τὸν λόγον. Auctor Queroli: *Talia egomet etiam manifesta malo, quam tua somnia. Funus ad lætitiam spectat, lachrymæ ad risum pertinent, & mortuum nos ferebamus manifestum est gaudium.* Astrampsychi Oneirocrit.

γελῶν καθ' ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους,
κλαίων καθ' ὕπνους παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.

verſ.11. *Mellitis dulceolis*] Bertin. *melliciisque d.* malè.

Anxiatum iri] Ineptè putat Coluius hanc lectionem à Beroaldo esse, cum extet in Palat. Aldo, Bertin. & Veneto. Rom. *axatum.* Flor. *delassatum* legit.

verſ.15. *Auocabo*] Vulgò, *euocabo*, malè lib.1 *lepide fabula feſtiuitate nos auocauit.* Vide Indicem.

verſ.16. *Erant in quadam ciuitate*] Hanc hiſtoriam ſcite & breuiter recenſet Fulgentius Mythol. lib.3.pag.206. Eſt autem commune exordium fabularum ferè omnium.

v.19. *Puellæ iunioris*] Palat.*p.minoris.*

v.18. *Inidoneè*] Flor.*idoneè.*

v.20. *Pulchritudo nec exprimi*] Petron.*nulla vox eſt, quæ formam eius poſſit comprehendere. Nam quicquid dixero, minus erit.*

v.24. *Admouentes oribus ſuis dextras*] Vide quæ dixi ad Minutium.

v.27. *Attiguas* Bert.*contiguas.*

v.31. *Cœleſtium ſtellarum*] Bert.*ſperarũ ſtellarum.* malè.

verſ. 32. *Venerem aliam*] Fulgentius *Iuniorem tam magnificæ eſſe figuræ, vt crederetur Venus eſſe terreſtris.* Rufinus in Antholog. libro 7. Epigr. 125.

κάλλος ἔχεις κύπριδος, πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀκμὴν
εἰαρινῶν ὡρῶν, φθέγμα δὲ καλλιόπης.
νοῦν καὶ σωφροσύνην θέμιδος καὶ χεῖρας Ἀθήνης.
σὺν σοὶ δ' αἱ χάριτες τέσσαρές εἰσι, φίλη.

v.35. *Porrecta*] Berti. *proiecta*, quod alii interpretantur *extenſa.*

v.38. *Nauigabant*] Bert.*vagitabant.*

v 39. *Puluinaria deferuntur*] Rom.*p. perferuntur.* Bert.*p.proteruntur.* rectè.

pag.156.v.3. *Per plateas commeantem floribus ſertis*] Antiqui flores frugum in illos iactabant, quos cohoneſtare concupiebant. Vide Suidam in περια-

γυρό-

γιρόμενοι. Auctorem Etymologici in πάληξ, & Annotata ad Minutium Fel. pag. 70.

vers. 14. *Puella moritura*] Berti. *p. morcina*. Vnde Scoppius *Morticina*. malè.

v. 17. *Vsurpabit*] Bert. *vsurpauit*.

v. 18. *Illicita formositatis*] Lips. *illiciae form*. Berti. *ipsius licita f*. malè.

v. 20. *Flammis & sagittis armatus*] Zeno sermone de *Spe, Fide & Charitate* pag. 264. eleganter solens suo more: *Est & alius amor sane saluti nostræ contrarius, cui rectè hominis forma tribuitur, quia temporalis ac fragilis esse cognoscitur: Ideo lineamento puerili depingitur, quia eius lasciua lubricitas nec annis senilibus temperatur; ideo nudus, quia voluntas eius est turpitudo; Ideo pennatus, quia in quacunque conceperit, velociter ruit. Ideo telis facibusque constructus, quia illicitis ardoribus semper iunctus est gladius. Ideo autem cæcus, quia cum exarserit, non ætatem considerat, non formam, non sexum, non gradum, non sacrosanctum illum saltem sanæ pietatis affectum. Hic facibus suis Heuæ pectus incendit. Hic Adam suis telis occidit. Hic Susannam conatus est duorum seniorum aut prodigiosis ignibus subiicere, aut parricidali gladio iugulare. Hic Ioseph mulieri flagitat esse violentum, quem etiam dum denudat, esse non inuenit impudicum. Hic Synagogam expugnauit, cum sua illi arma concedit. Hic ubique turbulentus, ubique fertur insanus. Promittit, dat, tollit, nunc tristis, nunc hilaris, nunc humilis, nunc elatus, nunc ebrius, nunc ieiunus, nunc accusator, nunc reus. Iocatur, ludit, pallet, tabet, suspirat, celat, obsequitur, aut tentat, aut decipit, peiusque blanditur, quam furit. Occasionem ullam prorsus nocendi non præterit.* Tzetzes Chiliad. hist. 12.

ὡραῖον νέον μειράκα τὸν ἔρωτα ζωγράφοι,
τοξότην ζωγραφοῦσί τε συνάμα καὶ πυρφόρον,
καὶ πτερωτὸν, κατέχοντα δελφῖνά τε καὶ πόαν.
τῇ μὲν γραφῇ τοῦ πτερωτοῦ τῆς πόας τοῦ δελφῖνος,
κρατεῖν τοῦτον σημαίνουσι τῆς ἀέρος, γῆς, θαλάσσης.
τοξότην καὶ πυρφόρον δὲ σὺν τούτοις ζωγραφοῦσιν·
ὡς πλήττοντα καὶ φλέγοντα καρδίας τῶν ἐρώντων.
νέον δὲ τοῦτον γράφουσι συνάμα καὶ ὡραῖον,
ὡς τοῦ ἐρᾶσθαι καὶ ἐρᾶν πρεπώδους νέᾳ φύσει.
πρεπωδεστέρου μᾶλλον δὲ τῇ νέᾳ καὶ ὡραίᾳ.

v. 7. *Fremens*] Palat.*tremens.*

v.28. *Per ego te materna*] Vide Gruter. Suſpic. lib.7.c.14.

v.29. *Per tuæ ſagittæ dulcia vulnera*] lib.2. *Vbi primam ſagittam ſaui cupidinis in ima præcordia mea delapſam excepi.* Xenophon memorabiliũ li.1.fol.724. ὦ μωρὲ τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι ὅτι σὺ οὐχ ὁρᾷς; οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον, ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησί τι καὶ πάνυ πόρρωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. Vide Alexandrum Aphrodiſæum probl.lib.1.c.87.

v.30. *Et pulchritudinem contumacem*] Bert.*inp. continuam reuerenter veridica* ineptè.

v.35. *Infirmi*] Bert.*infimi.*

v.36. *Preſſule ſauiata*] lib.2. *Me preſſim deoſculato.*

Oſculis hiantibus] Bert. *o.vibrantibus.*

v.40. *Præcepit*] Bert.*præceperit.*

v.38. *Summum rorem*] Flor. *ſummo rore.*

v.39. *Vdo reſedit*] Flor.*ſudo reſedit.*

Pag.157 v.2. *Auriga paruulus Delphini Palæmon*] Par-

Paruulum dicit, quoniam puer admodum Deus maris factus est. Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ v.156.

---* *frenatq́, rosis Delphina Palamon.*

Maria persultantes] Bert.*m.persulcantes.* sed nihil mutandum. Tacitus lib. 2. Annalium: *simul exercitu Ibero campos persultante.*

v. 3. *Tritonum caterua*] Scholiastes Lycophronis. Diodorus Sic.lib.4.

Concha sonaci] Ouid. Metamorph. lib. 1. v.331. Nonnus Dionysiac.lib.36. Turnebus aduersar. lib. 2.c.21.

v.5. *Sub oculis Domina speculum pregerit*] Bertin. *specularum p.* malè. Vide Spondanum ad Hesiodum p.36.

v.15. *Virgo alia*] Puto legendum, *viro vidua.*

Domi residens] supra: *sic nobis otiosa domi residens, lusitabis.*

Deserta] Flor.*desertam.*

v.16. *Ægra corporis*] lib.5. *Psyche corporis & animi alioquin infirma.*

v.20. *Tanto numine*] Bert.*canto n.*

v.32. *Affatu*] Flor.*effatu.*

Pigens] Rom.*piger.*

v. 35. *Vrgent tetri effectus*] Flor. & Bert.*urget teter e.*

v.36. *Teda lumen atra fuliginis cinerem arcessit*] Bert.*t.l.m.a f.c.arescit.* optimè.

v.37. *Tibia Zygia*] Flor. Rom. & Baptista Pius Sylloge 3.c.188. *Tibia Gygia* malè. Vide Indicem.

v.38. *Cantus latus hymenæi*] Dio Tharsiaca 1. fol. 410. ὑμέναιος ἴδιόν τι μέλος ἐςὶν ἀρχαῖον ἐπὶ τῶν γαμούντων. Vide omninò Tzetzen Chiliad. 13. histor.

EMENDATIONES AD LIB. V. METAMORPHOSEΩN.

Pag.158.v.7. *In ipso*] non est in Bertino.

v.8. *Tanta mentis*] Gruterus, *tandem mentis.*

v.10. *Placido*] Vulgò: *placidiore.*

v.11. *Pellucidum*] Flor. *placidum.* Virg. Eclog.

Nec sum adeo informis, nuper me in littore nidi,
Cum placidum ventis staret mare.

v.14. *Scires*] Vulgo, *Scies.*

v.19. *Mirus prorsum homo, imo semideus*] Sic hunc locum ex Palat. emendaui, qui in vulgatis fœdo glossemate perlitus.

v.20. *Efferauit argentum*] In Beroald. Aldo & Basil. 1. est, *effigiauit a.* Lipsius pro *argentum, argumentum* legit, quod antiquis artificium ingeniosum, vt vir Eruditiss. ad Capellam obseruat.

Enimuero] Bert. *quin vero.*

v.21. *Pauimenta ipsa lapide pretioso*] Eleganter & erudite Casaubonus ad Sueton. lib. 1. fol. 29.

v.28. *Balneæ fulgurant*] Vulgo, *valuæ f.*

v.32. *Fidentior*] Bert. *fiducior.*

Intra limen sese facit] Ita Mssti omnes. Modius mauult, *i. l. sese iacit* vel *facessit.* Alii, *i. l. s. agit.* malè, vide Indicem.

v.35. *Nec est quicquam, quod ibi non est*] supra: *& quicquid fieri non potest, ibi est.*

v.40. *Corporis sui nuda* ἀσώματος infra: *Voces informes audiens.*

pag.160.v.1. *Te refer*] Flor. *t. offer.*

v.2. *Accipis*] Flor. *ancipis.* malè.

v.3. *Nec corporis cura nec tibi*] Alii, *nec c. curata tibi.* Est Idiotismus.

v.6. *Sui diluit*] τὸ *sui* ex M.SS. adieci.
v.7. *Suggestum*] Flor. *Suggestu*, malè.
v.14. *Nec ipsa*] Bert. *n. ipse.*
vers.15. *Modulata multitudinis*] Palat. *in modum m. m.*
v.17. *Vespera suadente*] Hom Il. η. νυκτὶ πιθέσθαι.
v.19. *Virginitati suæ metuens pauet*] Ambrosius in Lucam cap. 2. *Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri adfatus vereri.*
Aures eius accidit] Pal. & Rom. *a. e. accedit*, malè. Valer. Flac. lib. 4. v. 579. Vox hæc *simul accidit aures.* Vide Coluium.
Virginitatis suæ] vulgò, *virginitati s.*
v.22. *Uxorem sibi Psychen fecerat*] Hieronymus in Oseam tom. 5. c. 11. *Homo cum uxorem acceperit, de virgine mulierem facit, id est, non virginem.* Philo de Cherubin fol. 78. ἀνθρώπων μὲν γὰρ ἡ ἐπὶ γενέσει τέκνων συνοδος τὰς παρθένους γυναῖκας ἀποφαίνει. Fulgentius ad Probam Ep. 3. *In opere corporalium nuptiarum virginitas carnis amittitur, vt ad carnis fecunditatem veniatur.*
v.24. *Nouam nuptam interfecta virginitatis cruorant*] In colluctatione Venerea (scrobem scilicet virginalem effodientibus sponsis) scinditur hymen seu membranula illa, qua puellis menses effluunt, vnde & sanguinem largum emittunt, quod pro indicio certæ & incorruptæ virginitatis etiam in veteri instrumento habitum, vt patet ex Deuteron. cap. 22. D. Augustinus de *Peccato Originali* ad Pelag. & Cælestinum lib. 2. cap. 35. *Non virginitatis integritas ad concupiscendi fœtus vi turbidi vitiaretur ardoris, & eo modo non esset dolor & cruor virginis concumbentis.* In Regno Fessano etiam nunc Sponsum & Spon-

Sponsam ante nuptialem festiuitatem includunt cubiculo, qui tum restincto omni pudore una volutantur, linteoque substrato coeunt, quod deinde cruore infectum tanquam virginitatis signum à vetula conuiuis cum magna lætitia & applausu monstratur. Verum medicorum filii variè hac de re disputant, inter quos adeundi Valesius de sacra Philosoph. cap.25. Realdus Columbus lib.15. *de iis, quæ raro in anatome contingunt*, & excellentissimus Doctor Rodericus de Castro in medico-polit. lib.4.c.12.

v.26. *Delectationem eius commendarat*] τὸ *delectationem* non est in Aldo.

v.28. *Mœrore consenescebant*] Pal.*m. animi senescebant*. Cic. pro Cluent. *Mœrore & lacrymis consenescebant*.

v.33. *Auribus sentiebatur*] Flor. *a. nihil s.*

v.35. *Scauior* Flor. *Sauior*.

v.38. *Protinus aderunt*] Sic Bertinus. Fuluii liber & Flor. Romã *adere*. Aldus, *adiere*. alii *adierunt*. lib. 2. *prima face cubiculum tuum adero*.

pag.161. v.2. *Totum lachrymis*] Flor. *t. cum l.*

v.10. *Haccine mihi pollicebare*] Rom. *Hiccine m. p.* Legendum: *Siccine m. p.*

v.11. *Perdia*] Flor. Rom. & Ald. *perfida*, malè.

v.14. *Tantum*] vulgò, *tamen*.

v.24. *Centies moriar*] alii, *sexcenties m.*

v.25.26. *Amo ut meum Spiritum*] Samuel. 1. cap. 18. *Dilexit eum tanquam animam suam*.

v.29. *Imprimens oscula suasoria*] Vide notas nostras ad Minut. Felicem.

v.31. *Mi mellite, mi marite*] Sic Msti & princeps editio. Hieronymus de vita Clericorum ad Ne-

potianum: *crebra munuſcula & ſudariola, & faſciolas, & veſtes ori applicitas, ac deguſtatos cibos, blādaſq; ac dulces litterulas, ſanctus amor non habet. Mel meū, lumen meum, meum deſiderium, omnes delitias & lepores, & riſu dignas vrbanitates & cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur.* Plautus Caſina ſcena, *Non mihi licere, &c.*

Cha. *Quid facies?* Ol. *concludere in feneſtra firmiter,*
Unde auſcultare poſſis, quum ego illam oſculer: quū mihi illa dicet,
Mi animule, mi Olympio, mea vita, mea mellilla, mea feſtiuitas.
Sine tuos oculos deoſculer voluptas mea, ſine amabo te amari:
Meus feſtus dies, meus pullus, meus paſſer, mea columba, mi lepus.

Vbi in tertio verſu Nobiliſſ. Douſa pro *mellilla* contra fidem Mſſtorum & editorum malè *medulla* repoſuit.

v.33. *Succumbit*] Flor. *Succubuit.*

v.35. *Locumq;*] Flor. *Lucumq; illum.*

v.36. *Feſtinantes adueniunt*] Rom. *feſtinanter a.*

v.37. *Ubera*] Flor. *ubertim.*

v.40. *Delapſæ*] Flor. *delapſo.* rectè.

pag.162.v.2. *Lachrymis madentes genas*] Seneca Octaui. v.681.

--cur gena fletu madent.

v. 4. *Præcepti maritalis admonet*] Wowerus & Scopp. & Fului libro, *præceptis maritalibus a.*

verſ. 9. *Sed & tectum*] Dele gloſſema ex Bertino.

v.II.

v.11.12. *Vocumq́. & seruientium populosam familiam demõstrat auribus earum*] Sic Flor, & Bert. quomodo etiam coniecit Schickeradus. in vulgatis est, *locumq́. e.s.p.a.f.a.e.ingerens*, *infra*: *Mulier voces ancillas habet, & ventis ipsis imperat.* Fulgentius: *ibique vocibus sibi tantummodo seruientibus, ignoto & mansionario utebatur marito.* Et postea: *Habuit ergo vocale seruitium, ventosum dominicum, nocturnum commercium, ignotum coniugium.*

v.16. *Scrupulosè curiosèq́.*] τὸ *curiosè* delet Palat. nõ rectè. Vide Indicem.

v.19. *Vllo pacto*] Etiam hæc malè absunt à Palatino.

v.20. *Arcani exigit*] Berti. *arcanae.*

v.21. *Commodum lanoso barbitio genas inumbrantem*] Rom. *c.l.inoſtim b.g.i.* Infra: *Florenti lanugine barbam instruens.* Lib.7. *et commodum lanugo malis inserpebat.* Virgil.

--genas vestibat flore iuuentæ.

Vide Theocritum Edyll.2. Apollon lib. 2.

vers.23. *Sermonis præcedentis*] Modius: *s.procedentis.*

v.25 *Reportandas*] Bert. *exportandas.*

v.27. *Inuidiæ felle*] Ouid. de Inuidia, li.2. Metam.

Pectora felle virent. -- --

v.29. *Orba sæua & iniqua fortuna*] Plinius lib 2. cap.7. *Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis omnium vocibus fortuna sola inuocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur, à plerisque verò & cæca est æstimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix.*

v.29. *Hiccine* Flor. *Hoccine*.

v.37. *Splendicant gemmæ*] Rom. *Splenditant g*. lib. 7. *cui depiles genæ leui pueritia splendicarent*.

v.38. *Calcatur aurum*] supra: *gemmas & monilia calcat*.

pag.163. v.5. *Cucurbita glabriorem & quouis puero pumiliorem*] Sic Fulgentius de Prisco sermone hunc locum laudat. Bert. & Florentini, *c. caluiorem, & q. p. pusilliorem* legunt.

v.4. *Seniorem*] Senes contemnuntur passim à iuuenculis. Menander:

πικρὸν ἐστὶ θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

vers. 6. *Serris & cathenis*] Flor. & Palat. *ferris, &c.*

v.10. *Duratos in lapidem digitos*] Persius Sat. 5.

--- *cum lapidosa chiragra*
Fregerit articulos. Vbi vide Casaubonum.

Ac per hoc rarissimè Venerem recolentem] Flor. *a. p. h. rarissimo v. r.* Ægroti inepti sunt ad Veneris sacra celebranda. Achilles Tatius de Clitoph. & Leucip. amorib. lib. 6. p. 134. νόσος γὰρ μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν. οἶσθα δ' οὐκ ὑγιείας χωρὶς οὐδὲν ἐστιν Ἀφροδίτη.

vers. 11. *Cataplasmatis*] Flor. & Rom. *cataplasmatibus*.

v.12. *Medica laboriosam personam*] Aldus, *medici l. p.* malè.

v.16. *Collapsam indigne*] Sic MSS. Rom. & Aldus. Scaliger & Lipsius, *collatam*. Vulcan. *collectam*, malè.

v.19. *Inuita proiecerit*] Bert. *in via p.*

v.20. *Efflari*] Bert. *afflari*. malè.

v.21. *Nec sum mulier*] Eleganter. Earum enim propriũ est inuidere & irasci. Iuuenal. Sat. 10. v. 190.

Sem-

Semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas
Vltio: continuò sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina.
Omnino spiro] Flor. *o. spirem.*
Quod ipsa vidimus, quæ vidisse pœnituit] Ouid. lib. 2. Metam.
Sed videt ingratos, intabescitq; videndo
Successus hominum.

v. 35. *Proinde*] vulgati, *perinde.*

v. 31. *Planè sobrios*] Grut. *p. sobriæ.*

v. 37. *Prorsus*] Flor. *prorsum.*

v. 38: *Deferentes*] Sic rectè Coluius. Flor. *deterrẽtes.* Rom. & Ald. *deterentes.* supra: *iugum sororium consponsæ factionis ne parentibus quidem visis scopulum petunt.*

pag. 164. v. 11. *Familiam propagauimus*] Rom. *f. propagabimus.*

vers. 12. *Infantilis vterus*] vulgo, *infantulus u.* malè.

v. 22. *Dies vltimus*] Flor. *d. vltima.*

v. 24. *Aciem direxit*] lib. 3. *dirigitur præliaris acies.*

v. 29. *Interneciuum*] alii *internecinum.* Rom. *internociuum.*

v. 31, *Cum more Syrenum*] Bert. *c. in more S.* Flor. *c. in morem S.* rectè.

v. 33. *Sermonem incertans*] Aldus, *s. insertans*, malè.

v. 38. *Conspectum sororum*] Bert. *complexum s.*

v. 41. *Sic in hoc face paruulo*] Flor. & Rom. *s. i. h. saltem.*

pag. 165. v. 2. *Charaq;*] vulgò, *dicataq;.*

v. 5. *Amplexibus mollibus*] Pal. *a. mellitis.*

v.13. *Incontatæ*] Palat.*incontanter*, rectè.

v.14. *Confert. vestigio*] Vulgo, *conf. cto.* Vulcan. *conferto*, malè. lib. 8 *conferto gradu se penetrant.*

v.16. *Lato vultu tegentes*] Stewechius, *l.u.tectantes*, ridiculosissimè.

v.17. *Paruula*] Grut. *pupula.*

v.18. *Geris in ista perula*] Ita omnes MSti & editi, quod Lipsius perperam innouat in *arcula*. Vide Notas ad Arnobium lib. 3 fol. 70.

v.26. *Tibias agere*] αὐλεῖν Scaliger ad Manilium emendat p 428 *tibias ingere*. benè. Nam respicit ad miluinas tibias, de quibus Solinus cap. 11 pag. 80. & Festus in *Jugere*.

v.29. *Fœminarum*] Bert. *strigarum* rectè.

v.30. *Sermones conferentes*] Bert. *s. conserentes.*

v.32. *Natalium secta cura prouenerit*] Flor. *n. sectacula proueniret*. Pal. *noctalium s. p* Rom. & Venet. *notalium s. c. p.* Coluius, *natalium notacula p.* Gruterus, *n. signaculo proueniret.* Wower. *& unde natalium s. c. proueniret.* Latet hulcus, quod peritioribus medicis delego.

v.39. *Sic secum altercantes*] Rom. *s. s. altricantes.* malè.

v.40. *Monstruoso*] al. *monstroso.*

pag. 166 v. 8. *Mater audierit*] Ineptè Emendatores hanc interpolarunt lectionem in *mater erit*. Vide Indicem.

v.13. *Soliti venti*] Pal. *solito u.* rectè.

v.12. *Vigiliis percitæ*] Flor. Ro: & Aldus, *v. perditæ.*

v.19. *Multinodis voluminibus*] Vide Gruteri Suspic lib. 4. c. 7.

Immanem colubrum] Ald. & Rom. *i. colubram.* Vide Nonium cap. 3. vbi exempla generis masculini &

ni & fœminini adfert Isidorus Orig.12.c.4. in neutro genere posuit.

v.12.*Trucis bestiæ*] Flor.*Pertrucis bestiæ.*

v.20.*Sanguinantem*] Bert.*saginantem.*

v.24.*Videre eum*] Flor.*viderunt eum.*

v.26.*Saginar*] Flor.*saginaturum.*

v.28.*Adhoc*] alii, *at hac.*

v.34.*Nostrum officium fecerimus*] τὸ *officium* dele ex Aldo & Florentino.

v.35.*Animi tenellæ*] supra: *Si id tolerare pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine non potes.*

v.39.*Et ex sangui*] Non est in Palat.

v.40.*Semianimi voce*] Flor.*semihianti voce.*

pag 167.vers.6.*Merito consentio*] Sic rectè Flor. Vulcanius, *maritum c.* pessimè.

v.16. *Viam quæ sola deducit iter ad salutem*] τὸ *iter* Palatino deest, Berti.legit *v q.s.perducit.* Vide Gruteri Suspic.lib.8.c.4.& Indicem nostrum.

v.18.*Adpulsum*] Flor.*adpulsu*, rectè.

v.21. *Claudentis aululæ tegmine*] Sic Flor.& Rom. Palat.*c.tabulæ t.* Beroald.& Aldus.*auleæ t.* Wower: *c.auiæ t.* Fulgentius: *Nouaculam sub puluinar abscōdit, lucernamq́ modio contegit.*

v.25.*Pensilem gradum minuens*] Lib.4.*lenem g.& obnixum tolerans.*

v.30.*Abscide*] Flor.& Aldus, *abscinde.*

v.32. *Ocius tecum rebus relatis*] Rom.*cunctisque istis socius t.r.* malè.

v.34.*Deserentes ipsa*] Flor.*d.ipsam.*

v 39.*Æstu pelagi similiter*] Bert.*æ.p.simile.*

vers.41. *Facinorosas manus*] Palat. *facinori m.* rectè.

v.40.*Statuto consilio*] Lib. 7.*statuto consilio latronum.*

pag.168.v.4.*Noctem trahente*] Flor.*nocte trahentem.* malè.

v.14.*Increbuit*]Bert.*increbruit.*

Nouaculam pœnitebat] Rom. *nouacula p.* ineptè.

v.17. *Abscondere*] Bert.addit,*a.timore*, fortè, *abs.temerè.*

v.16.*Desedit in imos poplites*]Sic Palat.& Lipsius, Alii,*discedit in i.p.*Coluius: *decidit i.i.p.*

v.19.*Temeraria*]Palat.& Flor *temerariis.*

Lassa ac luce defecta] Flor.& Rom.*l.saluteq́; d.* Coluius, 1. *cassa salute d.* In Palat. vox *luce* non cōparet.

v.25.*Et ipsum lumen*] Flor.*& iam ip.l.*

v.26.*Micanti flore*] Flor.*micantes f.*

v.27.*Extima*] Bert.*extrema.*

v.37.*Ignara*] alii, *ingrata.*

v.38. *In eum efflictim inhians patulis ac petulantibus sauiis*] Ita Flor.vulgò, *i.e.afflictim i. petulis a.p.* Bert.*i.e.a.i.p.ac peculantibus.*

pag.169.vers.2. *Lucerna euomuit de summa luminis*] Fulgentius: *Cum altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, lucernamque modii custodia eruta cupidine cognito,dum immodesto amoris torretur affectu,scintillantis olei despumamento maritum succendit.*

v.9. *Auolauit*] Bert.*euolauit.*

vers. 10. *Euectionis appendix*] Bert. *e. appendio.*

v.12.*Extrema consequia*]Gruter.*ex.cōsequa*, quod placet.

v.18.

v.18. *Sed hoc feci leuiter*] Vide Gruterum lib.8. suspicionum c.9.

v.24. *Astutum*] Bert.& Palat. *ad nutum.*

v.27. *Quantum visu poterat*] Hæc non sunt in Palat.

Prospiciens] Bert. *suspiciens.*

v.29. *Vbi remigio plumæ rapuum maritum*] Sic Flor. Gruterus. *u. remiges p.r.m.* vulgo, *u.p. captum m.* male. Virgilius lib.1. Æneid.

—— *volat ille per aëra magnum*
Remigio alarum.

& lib.6.

——*tibi Phœbe sacrauit*
Remigia alarum.

Lucretius lib.6. ℣.744.

Remigÿ oblita pennarum vela remittunt.

Noster lib.6. de aquilæ volatu, *remigium dextra læuaq; porrigens.* De Deo Socratis: *aëra proximum terræ volitando transuerberant. Cæterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra seu portus est.*

v.35. *Hic humo Cannam Deam*] Flor. *hec homo canam D.* ineptè.

v.37. *Hirtuosus*] Flor. *hircuosus* Palat. *hircosus.*

Tondentes] Lucret. lib.2. ℣.317.

Nam sæpè in collis tondentes pabula læta
Lanigeræ repitant pecudes.

vers.40. *Senectutis prolixa beneficio*] Ouid. Metamorph.6.

—*seris venit vsus ab annis.*

Pag.170.v.3. *Suspiratu*] alii, *suspiritu*, Flor. *spiritu.*

v.6. *Accersito*] Bert. *arcessito.*

v.10. *Numine*] Bert. *nomine.*

v.11. *Sed antequam*] Flor *s.al·quam.*

v.12. *Laboranti vestigio*] Sic Flo. & Ro. quod malè mutauit Colius, *in labanti.* Vide Grut. Suspic. lib. 8. c.12. Et Indicem.

v.16. *Alternis amplexibus*] Flor. *alterna a. mutuis.*

v.17. *Infit*] Pal. & Flor. *incipit.*

v.21. *Vtiq; placuerat*] Ro. *vt aquo p.* alii, *vt vtraq; p.*

v.27. *Recussus somno*] lib. 4. *repente somno recussa.*

v.29. *Tibiq; res tuas habeto*] Formula solemnis diuortii. Matthæus Monachus in Quæstionib. matrimonialibus f.507. εἰ γὰρ καὶ πάλαι τοῖς ἀνθρώποις ἐξῆν καὶ ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, καὶ ἐξ ἔθους μακροῦ ἀναιτίως λύειν τὰ συνοικέσια, ὥστε λέγειν τὸν ἄνδρα τῇ ὁμοζύγῳ. ΓΥΝΑΙ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ. καὶ ταύτην ἐκείνῳ. ΑΝΕΡ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ. καθὰ δὴ καὶ τοῖς τῶν Ἑβραίων ἀνδράσι πάλαι νενομοθέτητο βιβλίον πέμπειν ἀποστασίου τῇ γυναικί. ἀλλὰ τὸ νῦν εἶναι τοῦτο παρὰ χριστιανοῖς ἀνῄρηται. Vide Zonaram in Can. Concil. Trull. 87. & Brissonium de formulis lib. 8. pag. 723.

v.30. *Quo tu censeris*] *tu* non est in Bertino.

v.31. *Confestim arrha atq; his nuptiis coniugabo*] Fl. *c. arreptam h.n.c.* Pal. *c. arreaticiis n.c.* Mercerus ad 4. Annal. Taciti, *Conferreatis nuptiis c.*

v.34. *Praeconcinnato mendacio*] Flor. & Pal. *reconcinnato m.* Benè.

v.36. *Festinauit ad scopulum*] Bert. *festinante ad se in consimile.* malè.

P.171. v.5. *Nec secus & ipsa fallacia*] Rom. *n. secius e. i. f.*

v.12. *Venerem lauantem, natantemq;*] Palat. *veneri lauanti natantisque.* malè.

v.14. *Graui vulnere*] Distinguo cum Flor. *g. vulneris dolore.*

v.15. *Conuiciis variis*] alii, *c. validis.*

v.18.

v.18. *Voluptas vll*]vulgo *nulla* male.

v.20. *Nuptiæ coniugales*] Vide Dionem Orat. 7. de Venat f. 107.

v.21. *Enormis eluuies*] Flor. & Rom. *e gluuies*, vera lectio, *e.illuuies*.

Squallentium fœderum] vulgo, *f. visc*[illegible]*um*, male. Vide Indicem.

v 23. *Lacerans existimationem*] libr. 10. *Cum fiaem coram lacerari videret.*

Ganniebat] Bert. *gemebat*, inepte.

v.25. *Agedum*]vulgo, *age tu.*

v.28. *De Hora um numero*] Sic scribo cum Pal. & Fl. In Vulgatis est, *d. Dearum n.* Lib. de Mundo. *Quam pulchræ & facundæ horæ.* Ruffinus libr. 7 Antholog. Epigr. 151.

κάλλος ἔχεις Κύπριδος, πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀκμὴν
εἰαρινῶν ὡρῶν, φθέγμα δὲ Καλλιόπης.

v.32. *Incrementum*] Bert. *ni & aurum illud incrementum.* alii, *retrimentum.* Lego, *ni & aureum i. i.* Vide Indicem.

v.35. *Quiritans*] Sic Manuscrip Vulgo, *queritans.*

v.38. *Natalibus*] Bert. *vocalibus.*

v.41. *Cruciares*] Wower. *pollueres.*

Pag. 72. v. 2. *Præsumis nugo*] Pal. *pessimus n.*

v. 1[illegible]. *Instructus es*] Pal. & Rom. *inductus e.* Bert. *præpueritia inductus es.* Flor. *prima tua pueritia instructus es.*

v. 13. *Quasi viduam vtique contemnis.* Terent. Heaut. Act. 5. Scen. 1.

Qui sibi me pro deridiculo ac delectamento putat,
Non, ita me dii ament, auderet hæc facere viduæ
Quæ in me fecit. (*mulieri,*

Petroni⁹: *Ne mercedē cellæ daretis, fugere nocte in pu-*

blicum voluistis; sed non impune. Iam enim faxo sciatis, non viduae hanc insulam esse, sed M. Manitij.

v.16. *Consueuisti sed*] Flor. *consuesti. sed iam.*

Lusus huius] Pal. *Luxus h.*

v.18. *Irrisui habita*] Aldus *inrisu h.*

v.[illegible]. *Aut Rustice squalentis*] Bert. *an r. s.*

v.23. *Solatium unde unde*] Sic Flor. & Pal. vulgo, *s. tantum.*

v.25. *Pharetram explicet*] Fuluius, *p. expilet.* rectè.

Arcum enodet] vulgò, *denodet.*

v.29. *Deraserim*] F. *deraserit.*

v.35. *Violentiam perpetrare*] Flor. *violentiam perpetratura.*

v.38. *Fabula*] Rom. *Tabula.* Florent. *Famula*, Benè.

Et non dicendi filij mei facta] In rebus scaevis δυσφημίας vitandae causa plerumq; omittebant veteres nomen personae. Sic inter conuitiorum exempla hoc etiam ab Vlpiano relatum est : *Filius non nominandus*, li 3. Digest. *de liberis & Posthumis.* Vide Helladium in Biblioth. Photii fol. 875.

v.39. *Tunc illa gnara*] Rom. *t. i. ignara.*

v.58. *Facta*] vulgò, *factum.*

Pagin. 173. vers. 3. *Iuuenem esse*] *dele τὸ iuuenem* ex Flor.

v.7. *Tuas artes in filio reprehendis*] Cic. Orat. 5. in Verrem: *Omnia quae vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus is est, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipse reprehenditur.* Ambrosius Epist 67. *Se magis ipse condemnat, qui in alio damnat, quod ipse committit.* Bernhardus ad Guilhel. Ab-

batem

batem fol. 991. *Humanitatis est, in quo sibi quisq; indulget, aliis non vehementer irasci.*

Pag. 172. v. 41. *Animo peruicaci*] alii, *animo pertinaci.*

Pag. 173. v. 10. *Amores amare*] Bert. *a. amore.* malè.

vers. 12. *Gratioso Cupidini*] Aldus, *Glorioso Cupidini.*

EMENDATIONES AD LIBRVM VI. METAMORPHOSEON.

v. 14. *Vestigationibus*] alii, *inuestigationibus.*

v. 25. *Uxoris blanditiis*] Lego, *vxoriis b.*

v. 30. *Proximam*] Fortè, *proximans.*

v. 31. *Flexiles in corona*] Pal. *fluxibiles i. c.* Vulcanius *flexibiles i. c.*

v. 32. *Operæ messoriæ mundus*] Sic Fuluii liber. Pal. & Flor. quemadmodum etiam Guilhelmius diuinarat verisimil. lib. 3 c. 13. in Rom. Aldo & Venet. est, *modus*, in aliis, *manus*, malè.

P. 174 v. 2. *Vltione flagitat*] Bert. *u. fatigat.*

v. 4. *Vberi fletu rigans*] Ouid. lib. 11. Metam.

—ter fletibus ora rigauit.

Valer. Flaccus libr. 4. *genas lachrymis rigat.* Seneca Troade v. 409. *Effuso genas fletu rigatis.*

vers. 5. *Humumq; verrens crinibus*] Hoc faciebant in magnis calamitatibus, vt dixi ad Arnobium.

v. 8. *Per tacita secreta cistarum*] vulgò, *p. sacra s.* In cistis occultabantur Orgia Bacchi. Catullus:

Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani.

Turnebus aduerſar lib.16.c.14. Lilius Gyraldus. hiſtoriæ Deorum Syntagm. 4. pag. 414.

v. 9. *Draconum*] Ouid. 5. Metamorph. v. 642.

v. 12. *Eleuſinus*] alij, *Eleuſis*. Flor 2. *Eleus in his*.

v. 13. *Ah miſeranda Pſyche*] Roman. *Ain Pſyche miſeranda*.

v. 15. *Ira ſpatio temporis mitigetur*] Aldus inſulſe, *Quod Deæ tantæ ſæuiens inſpiratio temporis mitigetur*. Sidon. Apollin lib. 4. Epiſt. 12. *Poſtquam noſtra ſenſim temporis interuallo ira deferbuit*.

v. 22. *Optimi conſule*] Flor. *optime. c.*

v. 25. *Constructum*] Flor. & Bert. *inſtructum*.

v. 27. *Dona ſpecioſa*] Flor *d. pretioſa*.

v. 29. *Cum gratia facti*] ἴυχαεν.

v. 30. *Manibus aram tepentem amplexa*] Ad aras confugere ſolebant ſupplices & noxam promeriti. Lucianus Ioue Tragœdo pagi 469. ὦ τιμώκλεις. οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπὸ [illegible]νων βιαζόμενοι ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφευγας. Ambroſius ad Marcellinam Epiſt. 33. *Nec altaria tenebo vitam obſecrans; ſed pro altaribus gratius immolabor*. Vide Codic. Theodoſ. libr. 9 titul. 43. *Edictum regium* de his, qui ad Eccleſiam confugiunt: tom. 1. Concil. Roman. fol. 715.

v. 32. *Siue tu Sami*] Pauſanias lib 7. pag 403.

Quæ querulo partu] Flor. *querula p.* Bert. *partuque & alimonia* deleta voce *vagitu*.

v. 34. *Siue tu celſæ Carthaginis*] Autor Manuſcriptus in Vita Terentii.

Natus in excelſis tectis Carthaginis altæ.

& Virgilius lib 4.

——— *tu nunc Carthaginis altæ*
Fundamenta locas.

Quæ te Virginem vectura leonis cælo commeantem

tem] Petrus Faber Semest. lib. 3. cap. 2. Lipsius Epist. Quæst Epist. 22.

v. 37. *Inclytis Argiuorum præsides mœnibus*] Pausanias lib. 2. fol 114. & 115.

Reginam Dearum] Aldus, *Regiam D.* male.

v. 38. *Cunctus oriens*] Bert. *totus o.*

Zygiam] Sic Manuscripti omnes, idque perperam à Lipsio Elect. lib. 2. cap. 21. in *Syriam* mutatum. *Iuno Zygia* latinis est *Iuga Iuno*, vt recte aduertit vir diffusæ lectionis Lilius Gyraldus in opere arduo de Diis gentilium Syntag. 3. fol. 115. Dionysius Halicarnassæus in præceptis nuptialibus f. 35. Ζεὺς γὰρ καὶ Ἥρα, πρῶτοι ζευγνύντές τε καὶ συνδυάζοντες, οὕτω δὲ ὁ μὲν καὶ πατὴρ καλεῖται πάντων. ἡ δὲ ζυγία ἀπὸ τοῦ ζευγνύναι τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι, καὶ ἀπὸ τούτων τῶν θεῶν καὶ ὁ τῶν λοιπῶν θεῶν χορὸς παρῆλθεν εἰς τὸν βίον τῶν ἐπιφημισθέντων τοῖς γάμοις γαμηλίων τε καὶ γενεθλίων οὕτως ὀνομαζομένων. καὶ ὅτι ὁ γάμος αἴτιος τοῦ τὸ ὀνομασθῆναι τούτους τοὺς θεοὺς καὶ τιμᾶσθαι. ἄνευ γὰρ τῶν γάμων, οὐδὲ ἂν αἱ τιμαὶ τούτων παρῆλθον εἰς ἀνθρώπους. Hinc recte lib. 2. *Cantum tibiæ Zygiæ* Beroald. *nuptialem* interpretat.

v. 41. *Soles prægnantibus, periclitantibus*] Plutarchus in Quęst. Rom. fol. 282. & Symp. lib. 3 fol 658. λέγεται δὲ τὴν σελήνην πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν, ὅταν ᾖ διχόμηνος, ἀνιεῖσα τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας παρέχουσα τὰς ὠδῖνας, ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν Ἄρτεμιν λοχείαν καὶ εἰλείθυιαν οὐκ οὖσαν ἑτέραν, ἢ τὴν σελήνην ὀνομάζεσθαι. Vide Notas nostras ad Arnob. libr. 3. fol. 71.

Pag. 175. v. 2. *Statim sese Iuno*] τὸ *statim* non est in Bertino, vt et *Psyche* in sequenti versu.

v. 3. *Inquit Psyche*] Flor. 1. *per fidem nutum meum.*

vers. 7. *Quæ seruos alienos profugos*] L. v. Digest. de *Fugitiuis.*

v.13.*Laqueis inclusa*] Lib.8.*longe peiores inhæsimus laqueos.*

Quorsum itaq;] Flor. *quo rursum i.*

v.21.*Meditabatur*] Bert. *meditatur.*

v.22.*Inquisitionis*] vulgò, *inquisitionibus.*

v.23.*Vulcanus artifex*] Pal.& Flor. *v.aurifex.*

vers.25.*Limæ tenuantis*] Ita olim ariolatus fuit Lipsius, quod in Membran. Flor. legitur. Vulgati, *Lunæ* præferunt, ineptè.

v.24.*Ante thalami rumendum nuptiale munus*] Signatè. Nam pro virginitate deposita ἕδνα nuptæ à nouo marito munera dabantur. Iuuenalis Sat. 6. v. 203.

—nec illud
Quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacius & scripto radiat Germanicus auro.

v.28.*Picta colla torquentes*] Passeratius ad Propertium p.622 legit *p.c.torquata.*

v 31.*Cantitant*] vulgò, *canticant*, Coluius, *Cantillant*, malè.

v.27.*Candidæ columbæ*] Artemidorus libr 2.c.20. σημαίνουσι δὲ περιστεραὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς πραττομένοις ἐπαφροδισίαν διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τῇ ἀφροδίτῃ. Lact. ad Statii Thebaid. p 130.166.& 446.

v 32.*Pranuntiant*] Sic Bertinus, alii, *pronuntiant.*

v 31.*Passeres*] Vide Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib.14.c.6.

v.34.*Vel accipitres rapaces*] Flor. aucipitres r. Artemidorus: ἱέραξ δὲ καὶ ἰκτῖνος ἅρπαγας καὶ λῃστὰς σημαίνουσιν. ἱέραξ μὲν φανερῶς καὶ ὁμόσε χωροῦντας· ἰκτῖνος δὲ, λάθρα ἐπιτιθεμένους.

v 37. *Non renuit Iouis cærulum supercilium*] Euidens documentum rei constitutæ apud Iouem, nutu fir-

tu firmare vel motu concutere ac tremefacere cœlum. Vide Notas ad Arnobium lib.4.fol.8

v.40. *Arcadi*] alii, *Arcadis*, alii, *Arcas*.

Pag.176.v.9. *Per omnium ora*] lib.1. *Quod ibidem passim per ora populi sermo iactetur*. lib.8. *Quæ per ora populi facilè delapsa.*

v.8. *Domum secessit*] alii, *d. facessit.*

v.14. *Indicinæ nomine*] Sic rectè Flo.1. in altero est, *indicij viæq; n.* vulgò, *indicij n.* Vide Indicem.

v.16. *Adpulsu linguæ*] vulgò, *ad linguæ pulsum*. Veteres lasciuientes in osculãdo linguas; solebant transmittere, morsiunculis ludentes, saliuasq; alternatim miscentes. Lib.2. *Iam patentis oris inhalatu cinnameo, & occursantis linguæ allisu nectareo, prona Cupidine allubescente*, &c. Petronius, siue alius quis author in Catalectis veterum Poëtarum, p.204.

Felix si qua tuum corrodit fœmina collum,
Felix quæ labris liuida labra facit.
Quæq; puella tuo cum pectore pectora ponit,
Et linguam tenero lassat in ore suam.

Plautus Asinaria. Scena, *perfidiæ laudes.*

Fac proserpentem bestiam me, duplicem vt habeam linguam.

Et in Pseudolo, Scena, *Si ex te tacente* &c.

Iocus, ludus, sermo suauis, suauiatio,
Compressiones arctæ amantum corporum,
Teneris labellis molles morsiunculæ.

Vide Achillem Statium pag.59 lib.2.

v.20. *Famulatione*] Pal. *famulitione.*

v.26. *Inter Orci cancros*] Scoppius, *intus Or. c.*

Adhæsisti] Flor. *habes isti*, ineptè.

v.30. *Latissimum cachinnum*] Pal. Ber. Ro. Ald. & Fl. *latissimum c.* malè. Non enim furentér iratis conuenit lætus cachinnus.

v.31. *Et adscalpens*] Flor. *ac scalpens.*

v. 3[illegible] *Condecet*] In vulcanij editione est *concedet,* inepte.

Solicitudo atque tristities] Bene attribuit Dominæ Veneri has ancillas non bonas. Quia vt ille ait,

Res est soliciti plena timoris amor.

Boethius libr.3.met. 7. de Consolat. Philosoph.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Pag.177. v. 2. *Nepos Veneris audiet*] Aldus. *n. v. audietur.* male.

v. 4. *Patre non consentiente*] Tertullianus lib 2.ad Vxorem cap. 9. *Nam nec in terris fil.j sine consensu patrum rite & iure nubent.*

v. 7. *Inuolat in eam, vestemque plurifariam*] Flor. *i. in eius vestem quam p.d.*

v. 9. *Frumento & hordeo*] à Palat. vox *frumento* abest.

v. 11. *Grumulum*] vulgo, *glomulum.*

v. 18. *Inconaitæ illi* alii, *incredita.* Scoppius. *incretæ* tanquam indiscretæ.

v 26. *Populorum vnda*] Bert. *p. uie, summo studio singula.*

v. 28. *Dissitisq; generibus*] Palat. *distinctisq; g.* male.

v. 38. *Distinctis*] Palat. *distentis.*

v. 16. *Opus expeditum approbato*] τὸ *expeditum* non est in Palat. Sic Phædrus: *opus approbauit.* Vide Indicem.

v. 20.

v.20. *Formicula ruricula*] Phœdrus, fab. lib. 4. *rusticam* vocat. Vide Aristotelem histor. animalium lib. 1. cap. 38.

v.29. *Sed initio noctis*] Bertin. S. *in initio n.*

v.30. *Nuptiali*] Flor. *nuptialis.*

v.34. *Et frusto*] Flor. *e. furto*, male.

v.41. *Rupique longa*] Ita Bert. recte. alii, *ripisq. longis.* Statim enim sequitur: *Præcipitio fluuialis rupis.*

P. 178. v. 5. *Obsequium quidem illa functura*] Ro. o. q. i. *functur.* male.

v.10. *Feras aditum*] libr. 8. *nulli contra nos aditum tulerunt.*

v.11. *Mutuato calore*] Flor. *mutata calorem.*

Truci rabie solent efferri] Lego, *t. r. s. efferari.* lib. 9. *in suam perniciem aduertit efferari.* Plinius *Fœminæ sues in tantum efferantur, vt homines lacerent.*

v.12. *Fronte saxea*] In Vulcanii editione inepte legitur, *fonte s.*

v.16. *Quæ mecum simul vnum fluentum bibit*] Anacreon:

ἡ γῆ μέλαινα πίνει, πίνει δένδρε᾽ αὐτήν,
πίνει θάλασσα δ᾽ αὔρας.

v.19. *Connexum obhærescit*] Flor. *connexis adhærescit.* Rom. *passim stirpibus connexis obhærescit.*

v.28. *Periclitabor*] Bert *periclitabo.*

v.30. *Fontis atra fusca vnda*] Hom. Il. 1. v. 14. ὥστε κρήνη μελάνυδρος.

v.32. *Rauca Cocyti*] Flor. *pauca c.* male.

v.33. *Hauritum*] Non est in Palatino.

v.34. *Perferto vrnula*] Rom. *deferto u.*

Pag. 179. v. 1. *Lacunis educti*] Sic lego cum Florent. & Pal. in vulgatis est, *lacinis editi*, in aliis, *lacunis editi.*

Cumulum] Bert. *tumulum*, quod etiam coniecit Coluius.

v.3. *Cotibus*] Flor. *Cantibus*.

v.11. *Lachrymarum etiam carebit solatio*] Ouidius lib.9. Metam.

> —*est quædam flere voluptas:*
> *Expletur lacrymis egeriturq; dolor.*

Et Seneca: *Omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum*. Contrarium asserit Menander, cuius lepidissimos versus adscribam, pag.115. Sentent. Vett. Comic.

> εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
> ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο.
> ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον.
> νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ' οὐδ' ἀποβλέπει
> εἰς ταῦτα δέσποτ' ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
> ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ, πορεύσεται.
> τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐθὲν ἡ λύπη δ' ἔχει
> ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν τὰ δάκρυα. (cet.

v.6. *Muniebant*] alii, *mouebant*, quod non displi-

v.13. *Optimi Iouis*] In Flor. est, *primi I.* in Bert. *premi*. unde rectè Modius facit, *supremi Iouis*.

Regalis aues] Flor. *r. ales* rectè. Ouid. lib.4. Meta. ṽ.362. est, *regia ales*. Achilli Tatio lib.2. *rex omnium auium*.

v.16. *Pocillatorem Phrygium*] Flor *pollicitatorem*, malè. Ganymedem signat, de quo Hyginus lib.2. Theod. lib.4. Arnobius lib.7. Fulg. Mytholog. lib.1. & alii.

v.22. *Fando comperisti*] Virg.2. Æneid.

> *Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures.*

Per Stygis maiestatem] Vide quæ dixi ad Minutium Felicem fol.65. & Aristidem Orat.1. in Neptunum.

num. Senecam Hercule Fur. Ouidium Metam. lib. 1. 2. & 5.

v.25. *Festinanter*] Flor. *festinat.*

Libratisq. pinna-um motibus.] alii, *vibratisq. p. m.* malè. Ouidius de Dædalo lib. 8. Metamorph. v. 201.

—geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus.—

v.28. *Volentes*] vulgò, *nolentes.*

Præmonentes] Pal. & Rom. *præminantes.* Flor. *potantes.*

v.30. *Facilior*] alij, *felicior.*

v.31. *Vrnulam*] vulgò, *vrnam.*

v.32. *Citam*] alii, *cita.*

Deæ sæuientis] malè omittit Bert. τὸ *sæuientis.*

v.35. *Maga quadam mihi & altè prorsus venefica*] Sic Scaliger, Flor. *magna q. m. & alta.* alii, *magna q. m. e. cata malefica. altè* ἄκρως πάνυ.

v.38. *Et dedit*] Hæc delet Flor.

v.41. *Sufficiens*] Flor. *Sufficiente.*

Pag. 180. v.3. *Delitam*] Bert. *delibutam*, alii, *delinitam.*

v.8. *Ad quampiam turrim*] Coluius particulam *ad* male expunxit, quæ in Rom. editione & optimis MSS. etiam extat.

Se datura] Flor. *sese daturam.*

v.10. *Prorumpit*] Flor. *prorupit.*

v.11. *Ecquid te inquit præcipitio misella*] Flor. *& quid t. s. præcipitem ô m.*

v.13. *Succumbis*] Flor. 1. *incumbis.* malè.

v.15. *Inde nullo pacto redire poteris*] Propertius:

Desine Paule meum lachrymis vrgere sepulchrum:
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant Adamante viæ.

Catullus: *Qui nunc it per iter tenebricosum,*
Illuc unde negant redire quenquam.

Seneca Herc. Fur v. 860.

Nemo ad id sero venit, unde nunquam
Cum semel venit, poterit reuerti.

& Herc. Oetæo v. 1550.

Vadis ad Lethen Stygiumq; littus.
Vnde te nulla referent carina.

v. 17. *Tænarum*] Vide Pausaniam lib. 3. p. 212.

v. 18. *Iter inuium*] alii, *imum.*

v. 19. *Limine transmeatum*] Flor. & Fuluii liber, *limite transmeato.* recte.

v. 20. *Directo*] Flor. *direpto*, malè.

vers. 21. *Offas polentæ mulso concretas*] Bert. 1. *o. p. m. contritas.* Loquitur de naulo veterũ, quod mortuis in os imponere solebant, putantes, sine hoc Charontem animas grauatim recipere. Suidas. Μελιτοῦττα· μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν κέρβερον· καὶ ὀβολὸς μισθὸς τῷ πορθμεῖ, καὶ στέφανος, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις.

v. 24. *Continuaberis*] Flor. *contingueris.* Pal. & Ber. *continuabis.* Rom. *continuaueris.* Aldus, *continuaris.* Vide Indicem.

v. 25. *Rogabit decidente sarcina funiculos aliquot*] Florent. *rogauerit d. sarcinæ fusticulos aliquos p. e. Tu nulla.*

v. 28. *Charon*] à Tibullo appellatur,

—Stygia nauita turpis aqua.

Vide Virgilium lib. 6.

v. 29. *Sutilis cymba deducit commeantes*] Aldus, *futilis c. d. c.* Hæc ex Virgilio descripsit, quem adi lib. 6. v. 513. & seq.

v. 31. *Me-*

v.31. *Moriens viaticum debet quærere*] Plautus in Prologo Pænuli:

Ipse abijt ad Acherontem sine viatico.

Vide Etymologicon magnum fol. 247. & Cælium Rhodig Antiq. lect. lib. 10. c. 2.

v 33. *Sens*] Lipsius, *senex*. Virg. lib. 6.

Terribilis squalore Charon cui plurima mento
Canities inculta iacet &c.

v.37. *Trahas*] Flor. *tradas.*

v.38. *Afficiare*] Rom. & Flor. *affectare*. Pal. & Bert. *afflictare*. inepte Vide Indicem.

v.39. *Telam struentes*] Bert. *instruentes*, ἱστὸν ὑφαίνουσαι.

Pag. 181. v. 1. *Omittas*] *Palat. obmittas.*

v.4. *Pergrandis*] Roman. & Ald. *prægrandis*. Vide Virg. lib. 6. Æneid. v. 417. Senecam Hercule Fur. v. 782.

v.7. *Excubans*] Bert. *superexcubans.*

v.5. *Tonantibus*] Ro. *conantibus*. Colusius, *sonantib.*

v.12. *Petitum esto*] vulgò, *petito*, *e.* Scoppius: *peteo, tum esto.*

v.16. *Recalcans*] Flor. & Fuluii liber, *Recolens.*

v.17. *Hic obseruandum*] Flor *hoc obs.*

v.20. *Abditum cures*] Flor. *abdictum curiosius.*

Tu ruralle velut] τὸ *velut* non est in Flor.

Propitia] Flor *prospicua*. Pal. *perspicua* legit.

v.26. *Horrenda*] Flor. *horrenda.* (Benè.

v.27. *Sedil dedicatum*] Scoppius, *s. delicatum.*

v.33. *Et repetita*] Flor. *igitur r.*

v.40. *Crassique*] Flor. *crassaque* rectè.

v.41. *Soporis nebula perfunditur*] Virg. 3. Æneid.

—— *fessos sopor irrigat artus.*

P. 182. v. 1. *Collapsam*] Flor. *collapsa*, malè.

v.6.*Detersóq;*] alii,*decussoque*.

v.12.*Leuis in pinnas*].Palat. *lenis i. p.* Florent. *latus i.p.*

vers.13. *Reportat Proserpina*] τὸ *Proserpina* deest Bertino.

Amore peresus] Virg.lib.6. Æneid.ỽ.242.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

v.14.*Seueritatem*] Rom.*sobrietatem*.

v.15.*Armile*] Flor.& Palat.*armilem*.

v.17. *Pressa Cupidinis*] vulgò,*perpressa*, alii,*prehensa*.

v.25.*Inferas,in aues*] Ouid.Metam.6.v.108.Nazianzenus in Carmine ad Nemesium.Tatianus cōtra Græcos f.280. Primasius in Epist Pauli ad Rom. c.1.Achilles Tatius li.1. de Clitoph.& Leucip.amoribus.Notæ nostræ ad Arnobium lib.4.fol.88.

v.31.*Conuocare*] Flor.*Prouocare*.

v.33.*Nummorum*] Flor. *Nummum*.

v.36.*Alumnatus sit*] Flor.*a.sim*.

v.35. *Musarum albo*] Puto delendum.

Arripi] Bert.*corripi*.

v.41.*Alligańda*] alii,*colligańda*.

P.183.v.2.*Collata facie*] Rom.*collocata.f.*

v.7.*Porrecto Ambrosiæ poculo*] Qui in cœlitum numerum cooptabantur, ambrosiam hauriebant, qua hausta, humana procul dabantur. Helladius apud Photium p.866. νέκταρ οὖ μὲν δὴ δυνατὸν τοῖς θνητοῖς τετεῖσι τοῖς κτεινομένοις μετέχειν. Tzetzes Chil. 10. histor. 351.

ἡ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται,

ὡς ἀβροσία οὖσά τις, οὐχὶ βροτῶν ἡ βρῶσις.

Martianus Capella de Nuptiis Philog.& Mercurii, ubi Philologia in cœlum sublimata Cyllenio copulatur:

latur: *Tum illa vt refectior cœlum sublimisque conscendas, hoc tibi accipe sorbillandum. At tunc matri Apotheosi, quæ cum illa fortè conuenerat, etiam pridem libros, qui ex Philologia ore defluerant, manu contingens, ac dinumerans consecrabat, auferens aliquam globosam animatamque rotunditatem sumit, ac virgini porrigit hauriendam. Postquam rem dulcissimam comperit, totam incunctanter exhausit:*

Continuoq́; nouo solidantur membra vigore,
Et gracilenta perit macies, vis terrea cedit,
Æternumq́; venit sine mortis legibus æuum.

Verum diua cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse, quo è terris illam in cœlum, immortalemq́; factam velut ænigmate redimiculi perdoceret. Vide Proclum in Platonis Theologiam lib. 4. c. 15.

v. 14 *Nectar*] Tzetzes Chiliad. 10. histor. 351.

νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι,
ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν τῷ παραχρῆμα.

Quod vinum Deorum est] Dele cum Wowero interpretamentum dormitantis librarii. Quis enim adeo rudis, qui ignoret, *nectar* vinum Deorũ esse.

ver. 10. *Accumbebat summum thorum maritus*] *Summum thorum* cape non cum Seruio, *Altiorem* vel *Eminentiorem*, sed medium lectum, qui locus dignior nouo sponso & nuptæ nouæ hic attribuitur, sicuti semper in nuptialibus epulis fieri solet: lib. 7. *Summum puluinar* vocat.

v. 14. *Pocillator*] Eius munus non tantum præministrare pocula; sed etiam prælibare & sorbere aliquantulum, vt si quid noxium vel impuratum, dematur, idq́; non solum in potu; sed etiam in cibis obseruatum, vnde & prægustatores, quibus impe-

ratores, reges & Principes etiam nunc vtuntur ſecuritatis cauſa. Vide quæ Iohannes Talantonius hac de re reconditarum rerum lib.3.cap.17. obſeruat.

v.18. *Suppari greſſu*] Flor. *ſuper ingreſſa.*

Formoſe ſal auit] Sic rectè Paſſeratius. In Mſſtis & editis eſt *formoſa ſ.* Vide Indicem.

v.19. *Scena*] Vulgò, *Schema.*

v.20. *Tibias inflaret Satyrus & Paniſcus ad f. diceret*] Flor. *t. inflarent, ſ. e. Pan Deus ad f. dicerent.*

v.21. *Sic rite Pſyche*] vulgò, *ſic ecce P.*

v.17. *Reueniunt*] Flor *adueniunt.*

v.37. *Propter viam*] vulgò, *propè viam.*

v.40. *Amoris elogia*] Rom.& Flor. *amoris elegia.*

Pag.280.v.5. *Astra vides*] Hi vt & seqq. versus latini non extant in membranis Flor. Vide Muretum ad Catullum pag.22.

Utinam fiam] Tale istud votum Anacreontis est εἰς κόρην.

Ἐγὼ δ᾽ ἔσοπτρον εἴην,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
Ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
Ὅπως σε χρῶτα λούσω.
Μύρον γύναι γενοίμην,
Ὅπως ἐγὼ σ᾽ ἀλείφω.
Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ.

Καὶ σάνδαλον γενοίμην,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

Et Ouidii, qui pulicem se optabat fieri, vt cupitæ suæ membra tangeret. Dionysius Sophista Anthol. lib.7.epig.152.

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχουσα παρ' αὐγὰς,
Στήθεα γυμνώσαις, καί με πνέοντα λάβοις.
Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με χερσὶν
Ἀραμένη, κομίσαις στήθεσι χιονέοις.
Εἴθε κρίνον γενόμην λευκόχροον ὄφρα με χερσὶν,
Ἀραμένη, μᾶλλον σῆς χροιῆς κορέσῃς.

verſ.13. *Νῦν ὅτι μηδὲν*] Recitat hos versus Laertius lib.3.p.205.

v.19. *Angisq; dolore*] Rom. *afficisq; dolore*.

v.21. *Notissimum versum*] Sic rectè Wowerus: alii, *nouissimum versum*.

v.34. *Veneraretur*] Flor.2. *muneraretur*.

v.39. *Imperator & diuus & censor*] Flor. *Imperator & censor diuus Hadrianus*.

P.281. v.2. *Pudicitius*] Flor.2. *pudicius*. rectè.

v.3. *Namq; & idgenus*] Fl. *Namq; hac & idgenus*.

v.7. *Rarissimo*] alii, *rarissime*.

Gnara] Flor. & Fuluii liber. *ignara*.

v.8. *Geminam esse Venerem Deam*] Plato in conuiuio f.181. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν, καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν, ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης, ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι, καὶ ἐξεργάζεται, ὅ τι ἂν τύχῃ. καὶ οὗτός ἐστιν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων. ἔπειτα, ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν. ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μή. ὅθεν δὴ ξυμβαίνει αὐτοῖς ὅ τι ἂν τύχωσι τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον:

πίον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄρρενος· ὁ δὲ τῆς οὐρανίας, πρῶτον μὲν, οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον (καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως) ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐρρωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Himerius Sophista apud Photium fol. 607. πανδήμῳ δ' Ἀφροδίτῃ πρὸς τὴν οὐρανίαν οὐδὲν κοινόν. ἡ μὲν γὰρ βέβηλος καὶ οὐ καθαροὺς τὴν φύσιν γεννᾷ τοὺς ἔρωτας· τῇ δὲ χρύσει μὲν οἱ πόδες, χρυσᾶ δὲ τὰ τούτων καὶ βέλη σκοποὶ δὲ αὐτοῖς ψυχαὶ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι.

v. 13. *Serua corpora*] Colu. *fera corpora.*

v. 14. *Prædita*] Flor *præditam.*

v. 17. *Incomptum*] Flor. 2. *incomitum.* male.

v. 18. *Virtutis amorem amatoribus suis conciliare*] Flor 2. *virtutis amatoribus suis conciliare.*

v. 21. *Admoneat*] Flor. *commoneant.*

v. 23. *Vt semper*] Flor. *& semper.*

v. 24. *Relinquit*] Flor. *relinquat.* malè.

vers. 26. *Attamen si audire verum velis*] Rescribe cum Florentino: *tamen si verum velis*, infra: *planè quidem si verum velis multi mirantur Æmiliane.*

v. 31. *Huiuscemodi*] vulgo, *huiusmodi.*

v. 37. *Censoria oratio*] Fuluii liber *certatoria oratio.*

P. 282. v. 1. *Tragœdi syrmate histrionis*] Rom. *Gragidis s.h.* vide Casaubonum.

v. 3. *Crotalone ad Trieterica orgia*] Ro. *crotalumnea. T. o.* Flor *2. crotota ad orgia.* malè.

v. 7. *Doceas*] Flor. 2. *docear.*

v. 9. *Maius piaculum*] Flor. *magis p.*

v. 10. *Quam Cereris mundum profano videre*] vide quæ dixi ad Minutium fol. 39.

v.11. *Tamen crimen est*] Flor. *tandem c.e.*

v.17. *Praemio*] Flor. *praemia.*

v.22. *Diutina sumitur*] Rom. & Florent. *diutino sumitur.*

v.25 *Cum in eo visitur imago mire relata*] Vide & Catullus *imaginosum speculum* dicit. Lucretius libro 4.

> *Quandoquidem speculum quodcunque obuertimus oris*
> *Res tibi respondent simili forma atque colore.*

Hominis sui morigera] Fuluius *domini sui morigera.* rectè.

v.27. *Aequaeua est*] Flor. *aequa est.*

v.29. *Vultus equidem*] Ita Flor. à vulgatis τὸ *equidem* abest.

vers.31. *Lapide incisum*] Rom. & Flor 2. *lapide incussum.*

v.35. *Tantum praestat imaginis artibus*] Meursius, *tantum praestat artibus, imaginis ad similitudinem referendum leuitas i.f.s.* vere.

Pag.283. v 3. *Socrates suasisse fertur discipulis suis*] Galenus in adhortatione ad artes. fol.3. Χρὴ τοίνυν τὸν νέον πειθόμενον τῷ παλαιῷ παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεασάμενον, εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκῆσαι τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχήν, ἄτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν· εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο, τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι. πόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς.

v.5. *Vbi qui eorum*] Flor. *vt qui eorum.*

Referendum] Flor. *referundum.*

v.18. *Apud iudices sorte ductos*] vulgo, *a.i. forte d.* male.

v.27. *Illæsæ reflectantur*] Recte Pythæus, *illico reflectantur*.

Contra versis] vulgo, *controuersim*.

Atque et vnitis] Ita Pythæus & Fuluius Flor. 2. *atque ita vniti*, vulgo, *atque et munitis*.

v.31. *Adminiculo*] Flor. *Terminiculo*.

Aeris facti] Venetus & Rom. & Flor. *veris facti* inepte.

v.34. *Faciem suam*] vulgo, *facies suas*.

vers.35. *Videnturne v. d. philosophi*] Florentin. *videturne v.d. philosophia, Quibus præteris tu qua dixisti*. Male.

Pag 284. v.2. *Foras exserat*] Rom *f. exeat*.

vers.3. *Oppositum*] Florent. 2. & Rom. *appositum*. Male.

Arquus] Flor. *arcus*.

vers.4. *Varie duos soles*] Sic Flor. alii. *varij & duo soles*.

v.7. *Admirabili*] Flor. 2. *admirabilis*.

v.8. *Propter hæc*] Flor. *propter hoc*.

vers.17. *Præterquam quod non sum*] Flor. 2. *præter quod non sum*.

vers. 21. *Vmbra ignobilitatis à probatione*] Sic Florent. 2. legunt hunc locum. vulgo *tibi vmbra ignobilitatis opprobatori*. male. vide notas Wowerii nostri.

v.28. *Humilitate abditus*] Flor. & Rom. *humilitate abdita*.

vers.29. *Ego adeo seruos*] recte, Ita Memb. Florent. sicuti etiam Mercerus & Casaubonus ante diuinarant.

v.30. *Cambies*] alii, *Cambias*. Vide Indicem.

v.35. *Nisi & hoc*] Flor. *nisi si & hoc*.

P.285.v.8 *Man'o Curio*] Flor. *Marco Curio.*

v.13. *Cato nihil opertus quoniam ad villā*] Andreas Schottus obſeruat.lib.5.c.11.

v.14. *In oratione ſcripſi*] Flor. *in oratione ſua ſ.*

v.17. *De menſa emi*] Sic Florent.2. vulgo *de tribus emi.*

v.31. *Vbi contra hac temere*] Flor. *vt contra hanc temere.*

ver.33. *Paupertas omnium artium repertrix*] Vide quæ dixi ad Arnob.lib.11.fol.f.45.

v.35. *Omnium peccatorum inops*] Vere Galenus in libello quod optimus medicus etiam philoſophus. fol.9. οὐ γὰρ δὴ δέος γε μὴ χρημάτων καταφρονῶν ἐκ τῆς σωφροσύνης ἀσκῶν, ἄτοπόν τι πράξῃ. πάντα γὰρ ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι, φιλοχρηματίᾳ ἀναπεισθέντες, ἢ γοητευθέντες ἡδονῆς, πράττουσιν.

v.41. *Simpulo*] in altero MS.eſt *ſimpuuio.* vide Lipſ. antiq.lectiones.lib 4.c.3.

Pag 286.v.5. *Agrippa populi conciliator*] Liuius lib. 2.Cicero 3.officior.

v.20. *Etiam ea ſi non geſtetur & trahatur nihilo minus quam lacinia prapendens*] Lego *E.e.ſ.n.g.ſed trahatur n.m quaſi l.propendens.*

v.1. *Quodſi omnino Indices de cauſa iſta ſederent*] vide adnotata ad Minutium p.6.

v.23. *Supergraditur*] Flor.ſupergreditur.

v.35. *Poſcit neceſſaria*] Sic Flor. Caſaubonus *poſſit n.*

v.38. *Quantum*] Flor. *quantam.*

Pag.287.v.11. *Pauper enim ſis appetendi egeſtate*] alii *p.e.ſis a.e.* Auguſtinus Sermon.206. *Auaritia eſt, eſſe velle diuitem, non eſſe diuitem.* Manilius libro quarto.

Pau-

Pauperior bonis quisq; est, quo plura requirit.] Ausonius.

Quis diues? qui nihil cupiat. quis pauper? auarus. Vide Notas ad Minutium Felicem & Agellium lib. 9. cap. 8.

v. 15. *Extraneis*] Flor. 2. *extrariis*. Vide Indicem.

v. 20. *O. probari*] alii, *exprobrari*.

v. 26. *Quod pauciores ego seruos habeo*] Fuluius: *quod paucioris habito*. Casaubonus, *pauciora habeo*. Sed nihil mutandum.

v. 37. *Obsono*] Aldus, *obsonor*.

v. 38. *Proinde gratum habitum*] Fuluius. *p. g. habui*. Lege cum Acedalio, *proinde Gratum habitum*.

Pag. 288. v. 1. *Crates*] Flor. 2. *Socrates* malè.

v. 6. *Frugiferas*] Flor *fructiferas*.

v. 15. *Exprobrares*] alii, *exprobras*.

v. 19. *Hac Diogenis*] Flor. *hoc Diogeni*.

v. 21. *Lituus*] vulgo *lituum*.

v. 25. *Mendicabula nimis sordent*] Flor. *m animi sordent*.

vers. 38 *Contemptum patrimonij*] Sic rectè Lipsius, Manuscripti & Editi: *contemptu patrimonij* habent. malè.

ver. 41. *Quae nullum fructum ex se gignit*] Dele hæc cum Wowerio.

P. 289. v. 7. *Charon nomen est*] Fl. & Fuluii liber, *C. numen est*. malè.

v. 9. *Ostendisti*] Flor 2. *ostendi: scis quibus*.

v. 11. *Semigetulum*] Rom. *semigetulam*.

v. 14. *Ubi prognatus sed vti moratus*] Rom. *vt p. sed vt moratus*.

v. 15. *Vitam viuere inierit*] Wowerius & Fuluius. *vitam v. instituerit*.

vers.18. *Terra alumna*] Fuluius, *Quippe illis terra a. est.*

v.21. *Hospitium corporis*] Rom. *hospitali corpore.*

v.25. *Apud socordissimos Scythas Anacharsis*] Iuuenalis Satyra 10. v. 49.

——— *cuius prudentia monstrat*
Summos posse viros & magna exempla daturos
Veruecum in patria crassoque sub aere nasci.

Vide Stobæum περὶ εὐγενείας, sermon. 84 Theodoretum contra Græcos serm 1. pag. 7. & 79 serm. 5 pagin. 172.

v.26. *Apud Athenienses catos*] Tertull. de anima, cap. 20. *Thebis hebetes & brutos nasci relatum est Athenis sapiendi dicendiq; acutissimos ubi pene Colonum pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua. Siquidem & Plato in Timæo Mineruam affirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam.* Vide Eusebium præpar. Evang. lib. 7. c. 9.

Melitides fatuus] Vide Tzetzen Chiliad . 2 historia 4.

v.29. *Munere populi Romani*] τὸ *Romani* expungunt vulgatæ editiones.

v.28. *Oppidum*] alii, *oppidani.*

v.30. *Nouo conditu*] vide Turnebum aduersar li. 17. c. 15.

v.31. *Loco principe*] Flor. *loco principis.*

v.37. *Zarath*] Rom. *Zarate.*

v.38. *Asseuerantes*] Flor. 2. *adseuerate.*

v.40. *Accusatis*] Flor. *accusastis.*

v.41. *Ob autoritatem*] Fuluii liber *ob austeritatem*, male. Nam autoritatem pro seueritate hoc loco ponit. Vt & Spartianus p. 136.

Pag.290.v 1.*Ut deparci*] Flor.*ut parci*.

v.6.*Scelera immunia*] alii,*scelera immania*.

v 16.*Permansura*] Wowerus:*permansuris*.

v.20.*Persarum lingua magus est*] Apollonius Tyanensis epist.ad Euphratem: Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ πέρσαι. Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος. Dio Orat 36.fol.449. τὴν βασιλεία συγγενέσθαι τε οὐχ ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς ἀρίστα πρὸς ἀλήθειαν πεφυκόσι, καὶ τοῦ θεοῦ ξυνιέναι δυναμένοις, οὓς πέρσαι μάγους ἐκάλεσαν, ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον· οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοίᾳ τοῦ ὀνόματος, οὕτως ὀνομάζουσιν αὐτοὺς γόητας. & Orat. 49.fol.538. Πέρσαι μὲν οἶμαι τοὺς καλουμένους παρ' αὐτοῖς Μάγους, ὅ, τι τῆς φύσεως ἦσαν ἔμπειροι, καὶ τοὺς θεοὺς ᾔδεσαν, ὡς δεῖ θεραπεύειν. Porphyrius de abstinentia ab animalibus f 58.Suidas in Μάγοι.Agathias de gestis Iustin.lib.3 p.57.

v.26.*Mecum rec gnosce*] Sic Flor.in Aldo est,*m.r. dicentia*.malè.

vers.25. *Puerum regium*] Florentinus *puerum regno*.

vers.24. Θεῶν θεραπείαν] Hæc male absunt à Roman.cod vid.Plato in Alcibiade fol.121.in Charmide fol.193.

v.40. Θεραπεύεσθαι] Vide eius dialogum in Charmidem.

v.35.*Oromazo*] Flor.2.*oromaze*.

vers.36.*Quippe inter*] Flor.*Quippe qui*,Vnde non male Colvius,*quippini*,fecit.

Inter prima regalia] Nam nisi cum Magis familiariter versatus sit, regnare non potest. Philo de specialibus legibus folio 611. τὴν μὲν οὖν ἀληθῆ μαγικὴν, ὀπτικὴν ἐπιστήμην οὖσαν, ᾗ τὰ φύσεως ἔργα τρανοτέραις φαντασίαις διαυγάζεται, σεμνὴν καὶ περιμάχητον δοκοῦσαν εἶναι οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, καὶ

βασιλεῦσι οἱ μέγιστοι, καὶ μάλιστα οἱ Περσῶν διὰ σπουδῆς οὕτως, ὥστ' οὐδένα φασὶν ἐπὶ βασιλείαν παραληφθῆναι δύναμιν παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ πρότερον τοῦ μάγων γένους κεκοινωνηκὼς τυγχάνοι. Hieronymus in Danielem libro primo, capite primo. *Consuetudo & sermo communis magos pro maleficis accipit: qui aliter habentur, apud gentem suam, eo quod sint Philosophi Chaldæorum, & ad artis huius scientiam reges quoque & principes eiusdem gentis omnia faciunt.*

v 38. *Zamolxis quondam Thraci*] Plato in Charmide fol.156.

P.291.v.1.*Zoraastri*]Fl.*Zoraastris*.Vide Eusebium præpar.Euang.lib.1.c.7.

v.4.*Incredibili*] Flor.& Rom. *incredibilia*.male.

v.22 *Epimenides & Orpheus, & Pythagoras*] Vide Plin. Nat. hist.libr.30. c.1. *de origine magicæ artis.*

v.23.Καθαρμοί]Ita Flor.& Casaubonus in Aldo & Rom.est.*Catharino*.ineptissime.

v.38.*Habet domi quod sanctè colit*]Rom.*secreto colit*.Sic Geminianus Ethnicus domi coluit C simulacra,vt notat Vincentius in speculo Histor.libro 12. cap.41.

P.292 v.11.*Habeam potius*] Fuluius *aueant potius*, quod probo.

v.16.*De falso*] Casaub.*de falsa*.

v.18.*Id quod a me susceptum officij gratia potius*] Sic Ald.& Fuluii liber, alii τὸ *potius* malè omittunt.

v.20.*Immane quantum*] πλεῖστον ὅσον.vulgò,*immane quanto*.male.

P.293.v.4. *Cupedinarius*] Sic rectè Memb.Flo.& Fuluii liber.vulgo,*cupediarius*.Vide Indicem.

P.292.v.40.*Piscem euerreret*] τὸ *euerreret* adieci ex Memb.Florentinis.

v.7.

v.7 *Desiderari*) alii, *destinari*, recte.

v.26 *Tannoni pudens*) Flor: *annoni impudens*, male.

v.35 *Equi de fronte reuulsus*) *Hippomanes*. Id venenum accendere libidinem etiam in hominibus putatum antiquitus. Columella li. 7 de re rustica. Seruius ad 3 Eclog. & 4 Æneidos. Theophrastus ad Photium f. 862. dicit equam id deuorare, vtilitati scilicet hominum inuidens. Vid. Plinius libr. 8. cap. 42. lib. 28. cap. 11.

v.22 *Quod enim competit ad amoris ardorem*) Sic Plinius dicit, *competere visu sederis*.

v.39 *Exscindenda*) Rom. & Flor. *excidenda*.

pag. 294 vers. 7 *Leuium*) Florent. Fulu. & Rom. *Lelium*.

p. 293 v. 40 *Hamis inuncanda*) alii: *hamis vinciunda* inepte. vide Indicem.

p. 294 v. 10 *Antipates*) Ita Turnebus aduers. lib. 17 c. 15 legit. In Flor. 2 est, *Antiphates*, quod retinet Casaubonus, quem vide, vt & Baptistam Pium in annotat. post f. 167. c. 198.

v.11 *Trochisci vngues*) Flor. *Trochissili vngues*. Scaliger & Casaubonus, *Trochiscili Iynges*, recte. Nicephorus in Synesium de insomniis fol. 360. τὴν δὲ Ἰυγγά φασιν ὄρνεον εἶναι ἀεὶ σεῖον τὴν οὐρὰν· εἶναι δὲ πρὸς ἐρωτικὰς ἐπῳδὰς χρήσιμον τοῖς φαρμακοῖς· γυναῖκα δὲ οὖσαν τὸ πρότερον εἰς ὄρνεον μεταβεβλῆσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας φασὶν οἱ μῦθοι, διότι φαρμακεύουσα διετέλει τὸν Δία πρὸς τὸν τῆς Ἰοῦς ἔρωτα· ἄλλοι δὲ κιθάραν ἐμμελεστάτην φασὶ τὴν Ἴυγγα, ὡς ἐπιπόθητον καὶ πάνυ γλυκὺ καὶ ποθεινὸν Ἴυγγα καλεῖν. Suidas in Ἴυγξ.

Surculi) Flor. *surculis*.

v.12 *Auriplices bitortila*) Flor. *auri illices bicodula*. Rom. *a. bichordula*.

v.19 *Quod autem videatur nihil adiutare*) Florent. *quanquam v. mihi adiutare.*

v.20 Zoroastri) Flor. *Zoroastris.*

v.23 *Italiæ sibi quam*) vulgo, *Italiæ sua quam.*

v.21 *Eum memoria*) Flor. *tamen memoria.*

v.26 *Quos scilicet*) vulgo, *quos scire licet.*

v.33 Τοῖα διὸς θυγάτηρ) Homerus Odyss. δ. & κ. Fuluius alios versus hic substituit, quos vide apud Wouuerum.

v.41 *Vlyssis scrobem nec Æolus follem*) Vide Beroaldi annot. in Apuleium f. 71.

p.295 v.5 *Penitis piscium*) Rom. & Floren. *penitus piscium.*

v.7 *Mercurius carminum vector*) Scoppius *M: manium v.* Scaliger & Fuluius, *m. animarum v.* bene. Laertius in Pythagora libro 8. τὸν δ' ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο πομπία λέγεσθαι.

v.8 *Luna noctium conscia*) scilicet libidinum fœdarum testis. Iuuenal. Satyr. 6 v. 309. Vbi impuratas bestias exagitat:

Inq; vices equitant & luna teste mouentur.

v.14 *Quicunq; piscem quærit*) Dele τὸ *piscem* ex Florentinis.

v.8 *Quin possit*) Rom. *quod non possit.*

v.20 *Vt sithus & cassiam*) Vulgo, *& sithus &c.* m.

v.23 *Menelai socios*) Male hoc loco Coluius Apuleio attribuit μνημονικὸν ἁμάρτημα à quo eum recte liberat Casaubonus, quem vide.

v.25 *Propulsatos esse*) Flor. *propulsasse.* Coluius *propulsatum esse.*

vers.27 *Qui impenso pisces pretio*) Florent & Fulu. liber: *qui impendio pisces pretio,* male. Agellius libr. 3.

cap.

cap.17. *Quod impenso pretio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset.* Liuius lib. 2 cap. 9. *Salis vendidi arbitrium quia impenso pretio venibat ademptum priuatis.*

v.40 *Themison seruus noster*) Flor. *Themicon noster.* Ald. & Rom. *Tenus conseruus noster*, male.

p.296 v.15 *Quia & è quodam meo libro*) Flor. *quia & quodam meo libro.*

v.26 *Praacute reperisse*) Rom. *peracute repperisse.*

v.37 *Quisquilias*) Aldi. edit. *Quiscillas.*

p.297 v.1 *Vltro foras*) alii: *vltra oras.*

v.3 *Testam hebetem*) Flor. *testam habentem*, male.

v.5 *Ostrea Pergami vermiculata*) Locus contaminatus fœde, quem Iohannes Brantius feliciter correxit, legens: *Ostreorum terga vermiculata.*

ver.14 *Querquerum*) Flor. & Rom. *Quercerum*, vt & Agellii MSti omnes quos inspexi.

v.15 *Oppido proxima humanitate*) alii, *o prolixa humanitate.* Lipsius, *oppido prima h.* Colu. *o plurima h.* male. Vide Casauboni NOTAS.

v.19 *Nominauerim*) alii: *cognouerim.*

v.21 *Præcipiti æuo & occidua senectute*) Rom. non agnoscit τὸ *æuo.*

v.23 *Posthumam*) Manuscriptus Fuluii liber, & Roman. *post vinum.* Forsan scripsit Apuleius, *post vinam.*

v.27 *Deq; victu*) non est in Aldo.

v.40 *Si quos forte*) τὸ *si* non est in Florentinis.

v.41 *Seduliq; naturalium Quæstionum*) Lipsius, *sed vtique n.q.* bene.

At quintum maxime) Flor. *atq; eum maxime.*

p.298 v.12 *Cothurnum facundiæ*) alii, *cathurni facundiam.*

vers.17 *Aquam sustine*) alii, *causam sustine*, inepte.

Locus ex Graco) Hæc delet Rom. & Flor. codex. Vide Casaubonum p.149.

v.25 *Gemitus*) Rom. *genita*.

v.38 *GRÆCA VOCABULA*) Hæc quidem extant in Flor. Membranis, sed adeo monstruose ab ineruditis & supinis exscriptoribus accepta, vt ne ipsum quidem Apuleium (si naturæ lex eum pateretur ab inferis paulisper redire) ea legere, multo minus intelligere posse, pro certo affirmare ausim. Vt tamen fidem meam liberem, ita ea hic apponam, vti in Mstis exarata fuere, si forte essent medicinæ faciendæ, feliciores manus. Cαλυxecx xαλαxειu xαλα xocτPαxα † oxαPαxαxeα ocτpαxoΔepNα xup † vPoαN τucIN φιβια eNι duτuφoλια ωτα depxoπ τepα πecuNo ποdu xoNhphcyNA reλαeπxα.

p.299 v.8 Ἡδυπαθηκοῖς) Locus corruptus: Florentinus; *Hediphagitica*. Rom. *adesphagetica*. Aldus, *phagetica*. Coluius, *Hediipathia*. Casaubonus, *adestus*, aut *phagicis*. Fuluius, *Edesphagicstica*. Vide VVouueri Notas.

v.11 *Omnibus vt lupea præstat*) Hi versus ab emendatoribus varie interpolati sunt. Flor. pro *lupea* legit, *clupea*. Rom. *clipea*. vide Coluium & Casaubonum.

v.12 *Et ostrea & plurima Abydi*) Florentinus *ostrea plurima Abydi*. Abydus in Hellesponti angustiis, vbi habentur ostrea delicatissima. Vnde in Catalectis Vett. Poetarum:

Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca cæteris ostriosior oris.

v.13 *Mytilus est pecten apera; apud Vmbracia amneis*) Floren. *Mutylene est pecten, caradrum apud Vm-*

Umbracia fines. Rom. *mus Mitylena pecten, &c.*

vers. 16 *Surrenti. Chemas glaucum Cumas apud at quid*) Flor. *Surrenti Teloren facemas Glaucum apud Cumas quid.* De Æsope & Scaro vid. Quintilian. li. 5. c. 10. & Plin. p. 1390.

v. 17 *Cerebrum Iouis pane supremi.*) Athenæus Deipnos. li. 12 f. 329. κλέαρχος δὲ περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως διηγούμενος, ὅτι τοῖς αὐτῷ ποιοῦσιν ἡδύ τι βρῶμα ἆθλα ἐτίθει γῆν ἔχον. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος, οἶμαι, Διὸς ἅμα καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος.

v. 21 *Purpura muriculi murex*) Flor. *p. murricali, mures.*

v. 23 *Inueniatur ostenditi*) Non sunt in Florentino hæc verba.

v. 32 *Magi potius esse*) Flor. *m. p. est.*

v. 34 *Vsurus*) Flor. *vsura.*

Carmina remedia) Marcellus de Medicament.

Gramine seu malis ægro præstare medelam
Carmine seu potius; namq; est res certa saluti
Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.

Vide Alexandrum Trallianum & Nicolaum Myrepsum de *Medicamentis*, qui totas pagellas nugis istis implent. Et Martinum del-Rio disquisit. magicarum lib. 1 c. 4 qu. 3.

pag. 300 vers. 22 *Obsonio vivit*) Florent. *obsonio discit.*

vers. 34 *Legisse me Theophrasti*) Andreas Schottus obseruationum lib. 5 c. 12.

v. 36 *Me etiam beneficiis postularent*) Facile aduertit Casaubonus legendum, *m. e. veneficii postularent.* Nam sæpiuscule hac in re peccatum ab ineptis scribis. Sic in Inscript. Gruteri fol. 687. Inscript. 5. BENEFICIUM pro VENEFICIO: & in Herbario Celsi Apu-

lei summæ fidei, ac reuerendæ vetustatis libro VIVERE pro BIBERE, & BENENATIS FOLIIS pro VENENATIS F. semper legitur.

p.301 v.3 *Exdorsuari*) Flor.& Roman.*exdorsari*. Plautus Aulular. Scena: *Dromo desquama* &c. *Muranam exdorsa quantum potes*. Sic locus hic exaratus est in editione Parisiensi Simonis Carpentarii anno ∞ Iↄ XIII. Sed quoniam Festus & Nonius vulgatam lectionem retinent, nihil mutare volui.

v.24 *M. Catonem in stipem Apollinis*) Flor. *Catonem in stipe A.* vide Notas Casauboni.

v.27 *Magicis pueris*) Aldus, *de magis & pueris*, male. Tertullianus Apol. cap.23. *Porro si & magi phantasmata edunt & iam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciant*. Saresber. policr. lib.11. cap 27.

Dum enim puer vt psalmos addiscerem sacerdoti traditus essem, qui forte specularium magicam exercebat, contigit vt me & paulo grandiusculum puerum præmissis quibusdam maleficiis pro pedibus suis sedentes ad specularia sacrilegium applicaret, vt in vnguibus sacro nescio oleo aut chrismate delibutis vel in exterso & leuigato corpore peluis quod quærebat nostro manifestaretur indicio. Cum itaq; prædictis nominibus quæ ipso horrore licet puerulus essem dæmonum videbantur, & præmissis adiurationibus quas DEO autore socius meus se, nescio quas imagines tenuiter tamen & nubilosas videre indicasset, ego quidem ad illud ita cæcus extiti, vt nihil mihi appareret, nisi vngues aut peluis & cætera quæ antea noueram. Exinde ergo ad huiusmodi inutilis iudicatus sum, & quasi qui saci-

legia

legia hac impedirem, ne ad talia accederem condemnatus, & quoties rem hanc exercere decreuerant, ego quasi totius diuinationis impedimentum arcebar. Vide Notas ad Gennadium p.195.

v.35 *Corporis memoria*) alii, *corporis in eo mora.*

pag.302 v.2 *Diuinam naturam*) Rom. *diuinationem suam.*

v.9 *Confectus*) vulgo *infectus.*

Vt ter aut quater die corruat) Loquitur de morbo Comitiali, quem putabant à luna immitti flagitiosis hominibus, vnde & *sacrum* eum appellarunt. Aretæus Cappadox de *diutur. morbor. causis* pag.40 Theophilactus in Matthæum cap. 4. Theodorus Priscianus lib.11.cap.11. Cælius Arelianus lib. 1.c.4 Celsus lib.3 c.23.

v.16 *Subuersum*) Fuluius, *submersum.*

v.18. *Omnes*) alii, *homines.*

Quid in Tallo despuant) sic lego cum Florenti. Membr. vulgati, *despiciunt*, habent. Vide Indicem.

v.32 *Ex ocu'is*) F'or. *ex oleis.*

v.38 *Cuius caput cingat, quem puro pallio*) Flor. & Rom. legunt *c. c. contingat q. pulchro pallio.*

pag.303 v. 7 *Quod si magnum*) Floren. *quod si magum.*

v.18 *Gagates lapis*) Anshelmus Boetius in historia gemmarum & lapidum libr.11. cap.165. Ætius Tetrab bli primæ serm. 11. cap. 24. *Suffitus gagatis menses ac secundas detrahit, deprahendit item & arguit morbos comitiales. Gagates suffitu serpentes fugat, dæmoniacos prodit, ac dæmonibus aduersarius creditur. Epileptici autem & morbo Comitiali laborantes, si suffitum ipsius olfecerint, extemplo*

morbo corripiuntur. Ob idnum liberati sint, nec ne hac nota facile percipitur. Contra nocturna terriculamenta Ephialten, Dæmonumq; vexationes ac præstigia gestatus plurimum conducit.

v.20 *Exploret*) Rom. *exploraret.*

v.24 *Corripit*) Aldus *corrigit*, alii, *coarguit.*

v.32 *Libidinem*) alii *delationem*. Flor. & Rom. *religionem*, quod retinet & explicat Scipio Gentilis.

v.36 *Aliquis*) Flor. *aliquid.*

p.304 v.3 *Vltro prouoco*) alii *vitro provoco.*

v.9 *Respectas*) vulgo, *expectas.*

v.15 *Delegata*) alii, *deligata*. Fuluius *denegata*. vide Scipionem.

v.28 *Tenebris abstrusa*) alii *t. obstrusa.*

v.35 *Conscientia vnius*) Rom. *conscientia nimis.*

v.37 *Auditorio*) Fulu. Rom. & Flor. *adiutorio.*

p.305 v.3 *Accesserint*) Flor. *accessere.*

v.4 *Negaram*) vulgo, *negarunt.*

v.21 *Expediant*) alii, *expendant.*

v.24 *Anquiritur*) sic recte Membranæ Flor. vulgo *queritur*. Vide indicem.

v.31 *Ne quid dignum auribus tuis*) Ita Fuluii liber, ab aliis *indignum* abest.

v.35 *Molitus*) Flor. *molitus. Igitur postquam.*

v.38 *Demonstrauit*) Flor. *docuit.*

p.306 v.1 *Modum*) Fulu. *Modo.*

v.4 *Et ossis & medulla*) Flor. *& ossi & medulle.*

v.6 *Concrementa*) Flor. & Rom. *concremata*, male.

v.10 *Spirituum*) Flor. *Spiritum.*

v.12 *Pectoris*) lege cum Casaubono, *corporis.*

v.6 *Varii fellis*) Fulu. *amari fellis*, non male.

v.16 *Attentatur*) Rom. *attemperatur*, male.

v.18

v.18 *Muccedo*) Rom. & Flor. *dulcedo*. Coluius *albedo*, quod probat Casaubonus.

ver. 23 *Obruit & obturbat*) Fuluius, *obstruit & obturat*.

v.38 *Cui ego fidens*) vulgo, *cui ego fidem*.

v.31 *Tempora pulsantia, aures sonora*) sic lego cum Flor. vulgo *t. pulsata, auris sonora*.

Temporibus statutis) VVouuerus & Fuluius *t. statis*.

p.307 v.8 *Eripias*) alii, *eripiebatur*.

v.9 *Conuertuntur*) alii, *conuerruntur*.

v.16 *Ad meam ratiocinationem*) Fuluius, *ac mea ratiocinatione*.

v.20 *Imo enim si verum velit Æmiliane*) ita lego cum Memb. Flor. in vulgatis est, *imo enim si audire verum velis Æmiliane*.

p.308 v.24 *Quod ne Pontianus quidem scierit*) Flor. *quod Pontianus nesciierit*.

v.29 *Accesseris*) VVouuerus, *facesseris*.

v.38 *Detentum*) Fuluius legit, *detectum*.

p.309 v.10 *Si cui*) vulgo, *ut cuiq;*.

v.11 *Votum in alicuius statuæ femore assignasti*) Totam votorum historiam tu explicasti docte, Rutgersi virorum optime, in politissimis tuis variis lectionibus lib. 5 c. 5 quibus verbum non amplius addo.

v.38 *Sacrorum pleraq; initia*) Docte Casaubonus ad Athenæum lib. 6 c. 15.

p.310 v.24 *Indutui*) Flor. *inductui*.

ver. 28 *Percensentibus iis*) Flor. *partim Oensium*, inepte.

v.33 *Segetis*) alii, *segetes*, male.

v.34 *Gregis primitias impertit*) vide Notas ad Gennadium p.197.

Pag.311 v.1 *Fors fuat*) in Rom. Ald. & Florent. est, *forsan.*

v.9 *Enunciare*) Vulgo, *annunciare.*

v.18 *Quanquam eo tempore*) Florent. *Q. in eo tempore.*

v.22 *Aucupatum*) vulgo, *aucupantem.*

v.34 *Perueni ssct*) Flor. *peruenirct.*

v.38 *Ex qua iam Quintianus*) Flor. *quai. Q.*

pag.312 v.4 *Facturum fuisse*) τὸ *fuisse* adiecι ex Florentino codice.

v.27 *Hanc fabram technam hesterna die*) Non est locus mendosior in toto Apuleio. Casaubonus legit. *Nam equidem hac fabra tecum fabricantem h. d.* Meursius: *Nam equidem hunc fanaticum h. d.* Memb Florent. *Nam equidem hic sabrate cum externa die.* Fuluii liber: *Nam equidem hic sabra tecum h.d.* Roman. Aldus & Basilien: *Nam equidem hac fabra tecum h.d.* Wouuerus *n.e. hac sapra hesterna die animaduerti satis notabiliter i. m. f. tibi eÆ. obructantem.* Ego retinui Scaligeri coniecturam tantisper dum meliorem inueniam in libris aliis.

pag.313 v 6 *Ructus*) Florent. *ructu spiram.* Fuluii Liber, *ructus spinam.* Wouuerus, *rictum hiantem saliuosa labia r.a.m.t. ructus fatidos.* Probarem, si libros haberet autores.

v.11 *Nummum*) Flor. *nummis.*

v.16 *Damno affici*) Flor. *damna id faciet*, lego, *damni id facere.*

v.29 *Pinnarum formidines*) Vide Coluium hæc docte explicantem.

v.35 *Societis forma*) sic recte Memb. Floren. & Casaubo-

saubonus. Vulgo, *celeri forma*, inepte. Inf. *Hiccine est sceletus, haccine est larua, hoccine quod appellabitis dæmonium.* Vide. Realdus Columbus *de re anatomica* lib. 4 fol. 110

v. 40 *Presto esset*) Flor. *p. adesset*,

p. 314 v. 4 *Ebuxo*) Sic Flor. & Colu Fuluius *ex nexo*, Rom. & Aldus *è gnosso*, male.

v. 11 *Hebeni baculos*) Flor. *h. loculos*, male.

v 14 *Gratum mihi fore*) Flor. *g. m. foret*.

• *Baculi*) Flor. *loculi*.

v. 15 *Item minutatim*) Flor. *Ita minutatim*.

vers. 25 *Esse sigillum*) τὸ *sigillum* non est in Florentinis.

v. 27 *Tabernula*) Flor. *taberna*.

v. 32 *Quem quidem abfuisse eo tempore*) Flor. *quanquam a. in eo tempore*.

v. 36 *Adeo euidens signum*) Flor. *annon cui videns signum*, male.

pagina 315 vers. 14 *Succi palestrici*) Sic recte Mercerus. Florent. *Succipala & vici plena sit*. Vulgo: *succi plena sit*. Lactantius in Thebaid. Statii lib. 4. & 5. *Mercurius palæstritarum numen est*. Horatius: *decora more palæstra*. Seruius ad 4. Æn.

Quam hilaris Dei vultus) Virg. 4. Æn.

Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;
Et crines flauos, & membra decora iuventa.

v. 16 *Quam lepide*) alii, *quam placide*.

v. 23 *Malam gratiam*) Flor. *magnam gratiam*.

Obuias species) Memb. Fl. *obuias sp.* vt & in lib. de *mundo*.

v. 26 *Omnia bustorum formidamina*) Hæc ex antiquorum dicit opinione philosophorum, qui bio-

thanatorum vel impuratorum hominum animas, credebant oberrare ad sepulchra, vnde & illa tanquam ominosa & infausta studiose vitabant. Porphyrius de abstinent. ab animal. lib. II fol. 53. Plato Phædone folio 81. Ἀλλὰ τὴν ψυχὴν λημμένην γε οἶμαι ὑπὸ τοῦ σωματοειδοῦς ὃ αὐτῇ ἡ ὁμιλία τε καὶ ξυνουσία τοῦ σώματος, διὰ τὸ ἀεὶ ξυνεῖναι καὶ διὰ τὴν πολλὴν μελέτην ἐνεποίησε ξύμφυτον. Πάνυ γε. Ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρὺ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη. περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι, διὸ καὶ ὁρῶνται. Æneas Gazeus in Theophrasto. Ἔοικεν μὲν ἄτοπα ταῦτα εἶναι. καὶ οὐδὲν ἴσως ἀνέλεγκτον, ἀλλ' ἀκούεις οἷα τὰ περὶ τὰ μνήματα σκιοειδῆ φαντάσματα ταῦτά ἐστι τὰ ἀεροειδῆ τῶν ψυχῶν σώματα, ἃ δὴ εἴδωλα καλοῦσιν. ΑΞΙΘ. οὔπω μεμάθηκας ὁ πάντα μαθὼν, ὅτι δαιμόνια κἀκεῖνα ἔργα. καὶ ἔνυλα τὰς ἀνθρωπείας ψυχὰς ὑποκρίνεται καὶ οἱ γοητείαις σοφιζόμενοι. καὶ τὸν πάλαι τεθνηκότα καλεῖν ἐπαγγελλόμενοι οὐκ ἄνθρωπον τῇ ἐπῳδίᾳ ἕλκουσιν, ἀλλά τι δαιμόνιον, ὃ τοῦ ἀνθρώπου τὴν εἰκόνα τὸ εἴδωλον σχηματίζεται. Zeno sermone primo de auaritia: *Sepulchra defodiunt, timent omen, qui non timent mortem.* Liuius lib. 30 & Orosius de *calamitatibus & miseriis antiquorum* contra Paganos lib. 4. *Hannibal in Africam redire iussus, vt fessis Carthaginensibus subueniret, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus, qui sequi nollent interfectis: cui cum ad Africanum littus propinquanti iussus esset quidam de nauticis ascendere in arborem nauis, atque inde speculari quanam regionem tenerent: sepulchrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Hannibal: deflexo cursu ad Leptim*

Leptim oppidum copias exposuit. Vnde & Marcellus de *Medicamentis* fol. 139. *illum prohibet bustum frequentare, qui pharmaco vsus.*

v.25 *Oggerat*) alii, *obingerat.*

v.27 *Æuo emerito*) Flor. *auo & merito.*

v.31 *Vestigauit*) Flor. *vestiuit.*

Degit) Flor. *retit*, male.

v.35 *Nuncupatus* βασιλεύς) Florent. auget: N. B. ΠεΡΙτωΝ ΠαΝπν ΒΑCΙλεγ ΓαΝτες τιχωχεινο *senekà* παντα, quisnam sit ille Basileus. lege περὶ τῶν πάντων βασιλέα. πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκεῖνος ἕνεκα πάντων.

v.40 *Nec vlla voce*) Flor. *nec vlla vice*, male.

p.316 v.6 *Arbitror tam ignoscendi*) Lege cum Florentino *arbitror non tam ignoscendi.*

v.30 *Inimicum*] Floren. *in vnicum*, deleta particula &.

p.317 v.10 *Emissum & subornatum*) Sic Scaliger legit. Lips. *immissum*. Flor. *demissum*. Fulu. *submissum*, Vide Casauboni Notas.

vers.39 *Mendacii huius*) Flor. *indicii huius*, male, Phædrus Fab. 49. *Si mendacium subtiliter limasset à radicibus.*

pag.318 v.19 *Mulier sanctè pudica*) Vulgo *m. sane pudica.* Sic *sanctè pius* apud Plautum in Rudente Scena: *Quam mox licet, &c.*

* *Penuria matrimonii morbum quæsitum*) Id est, quod Venerea voluptate non vteretur. Siquidem vt Hippocrates ait, Mulieres si rem cum viris habeant, magis sanæ sunt, sin Venere abstineant, ægrotant. Hippocratis verba hæc sunt, in libr. de genitura fol.12. ἔχει δὲ τόδε οὕτως τῇσι γυναιξὶν, ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι μᾶλλον ὑγιαίνουσιν. ἢν δὲ μὴ ἧσσον ἅμα μὲν αἱ μῆτραι, ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει καὶ οὐ ξηραὶ ἰοῦσαι μᾶλλον τοῦ καιρ:

συστρέφονται ἰσχυρῶς, συστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν· ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα ποιεῖ ὁδὸν εὐπετεστέρην τοῖς καταμηνίοισι. τῶν δὲ καταμηνίων μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίνονται. Plato in Timæo folio 91. αἱ δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν αὖ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι διὰ ταὐτὰ ταῦτα ζῶον ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν τῆς παιδοποιίας, ὅταν ἄκαρπον παρὰ τὴν ὥραν χρόνον πολὺν γίγνηται, χαλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει καὶ πλανώμενον πάντη κατὰ τὸ σῶμα, τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν, εἰς ἀπορείας τὰς ἄλλας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλει, καὶ νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχεται, μέχρι περ ἂν ἑκατέροιν ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ ἔρως ἐξαγαγόντες οἷον ἀπὸ δένδρου καρπὸν, καταδρέψαντες ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν.

v.20 *Absuetudine coniugii torpens*) Sic lego cum Fuluio & Wouuerio. In Flor. & Rom. est *assuetudine coniugis*. Scal. *desuetudine c.*

p.319 v.28 *Anubendo non alienam me*) Flor. *a.n.n. a. quam me.*

v.37 *Roma aduolauit*) Flor. & Rom. *Romam aduolauit*, male.

p.320 v.8 *Ex fatigatione itineris adfectus*) Flor. *e.f. i. aduectus*, male.

v.9 *Appios veteres*) Flor. *Appio sitos*, male.

v.19 *Auersum ab vxoria re*) Flor. *conuersum a.v.r.* minus bene.

v.20 *Syrtis æstus infestos*) Rom. & Flor. *Syrtis a. & bestias.*

v.22 *Me ab amicis*) Florentin. *meis ab Appiis aufert.*

v.24 *Prospectu*) Flor. *prospectum.*

v.28 *Curam crederet, confidere sese fore vt id*) Flor. & Aldus, *rerum omnium confidere sese & credere vt onus recipiam.*

v.40 *Formæ aut diuitiarum*) Floren. *formæ & diuitiarum*.

p.341 v.8 *Matrimonii aliquantisper*) Flor. *matrimoniale quantisper*.

v.11 *Hæc perficere*) Flor. *hoc perficere*.

v.19 *Concepta fide*) Rom. *conspecta fide*. Floren. *conspectis fide*.

v.20 *Prohibitum esse*) Flor. *prohibitum isse*.

v.24 *Eccilli Herennio*, Ald. *Orcilli Herennio*, inepte. Vide Lipsium ep. qu. lib. 2. ep. 22.

vers. 25 *Qui vno neminem*) Florentinus, *qui vnum neminem*.

v.28 *Ne si*) Flor. *Nisi*, lege *nam si*.

v.38. *Ganearumq́, locus*) Sic Msti & editi omnes. Casaubonus *genearumq́, lucus* legit.

p.322 v.4 *Deperdunt*) sic Flor. alii, *deperdunt*, & *dii perdant*. Coluius, *depereunt*.

Multi sunt) Flor. *multus*, male.

Honos auribus præfandus est) vid. Annotamenta ad Minutium Felicem.

vers. 7 *Ianua calcibus propulsata*) De more amantium amicarum ianuam pulsantium, vel frangentium, vide Plautum Persa Scena Satin' Athenæ, &c. Passeratium ad Propertii librum 1. Elegia 16. lib. 2. Eleg. 5.

vers. 8 *Fenestra canticis circumstrepita*) Persius Satyra 5.

-- --dum Chrysidis vdas
Ebrius ante fores exstincta cum face canto.

Aristænetus libr. 2. epist. 19. ἔφυγε γὰρ ἡ φαντασία ἥδιον ὦ παιδίσκη καθ' ὕπνον εἶα φιλεῖ, ἢ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων, καὶ μαστῶν, ὑπὲρ ἐμοῦ μόνων ἀεὶ νύκτωρ οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ. ἐλεύθεροι γὰρ οἱ συνωποὶ παίζειν καὶ γελᾶν,

καὶ ἄδειν τῷ θέλοντι ἔξεστιν· νὴ τὰς μούσας ἐυςόμως ἦδον, ἴσα τε στρηνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνὴν ἀληθῆ φησὶν ἡ παῖς σκήκοας, ὦ κεκτημένη. σὲ γάρ τις νέος κατάβοστρυχος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ πάλαι ποθεῖ.

Commessatoribus) Flor. *comesatoribus*. Vide Indicem.

v.12 *Olim solens suo*) Flor. *olim solers suo*.

v.14 *Hinc iam inquam*) sic rescribo ex Florentino, vulgo, *iam illa*.

v.16 *Nemo eos obseruat*) Ianitores enim ad dantes vigilabant, admodum duri illis, qui nihil adferebant. Antipater docte Anthol. lib. 7. epig. 161.

πάντα καλῶς, τὸ γαμεῖν χρυσὸν ἔπι τὴν Ἀφροδίτην.
ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδης.
Ἢν μὲν γὰρ τὸ χάρισμα φέρῃς φίλος, οὔτε θυρωρὸς
ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
Ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος ὧ πλεονέκται
Οἱ πλοῦτοι, πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι.

Ascendunt) Flor. *Discedunt*.

v.19 *Scripserunt*) vide legem vltimam Digest. de dolo excepto.

v.22 *Maluit retinere*) dele τὸ *retinere* ex Florentinis Membranis.

v.24 *Pax inquit*) ita vere Lipsius epist. quæst. libr. 2. epist. 22. In Aldo & Rom. est *lex inquit*. In Fl. *fax. i.* Hesychius. Πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν.

v.26 *Depecisceitur*) Flor. *depacisceitur*.

v.28 *Ignominia sua tectus*) Flor. *e. s. tutus*.

v.33 *Collurcinationibus*) Aldus & Rom. *cohercinationibus*, male.

v.34

v.34 *Homo iustus & verus*) Florent. *h.i.& morum.* Coluius, *homo i.& mox integer.* Stevvech. *homo i. & more.* Acidalius *homo iustus scilicet morum integer*, recte.

v.36 *Relictum est*) VVouuerius *reliquum est*, Platino more.

v.38 *Nunc demum*) Flor: *totam domum*, male.

p.323 v.12. *Medicatum os*) Flor. *meditatum*, alii *immedicatum*. vide Casauboni Notas.

v.30 *Placidissimum & immobile*) Flor. *p.vegens, immobile.*

v.32 *Adiumentum*) alii *alimentum*, Fuluius, *argumentum.*

v,37 *Et pudicissimam*) Hæc delet Flor. vnus.

v.31 *Ex oratione*) alii, *exhortatione.*

p.324 ver.3 *Quas tamen cum saltas*) vulgati inepte. *q.t.c.consultas.*

v.4 *Sine cludine saltas*) Ita Flor. Rom. Aldus & Baptista Pius in annot. poster. c.197. alii, *sine clunaculo saltas* legunt. Vide Lipsii Electa, & Notas Casauboni.

v.7 *Famosissimas litteras*) Flor. *formosissimas litteras*, male.

v.10 *Tabellario publico*) Flor. & Aldus *T. Pontiani*, male.

v.31 *In peioribus habere*) Flor. *in p.non habere.*

v.10 *Dementire*) Rom. *dementare.*

Contra scribente) alii, *conscribente.*

v.36 *Si quidem id foras scripserit*) Aldus *siquidem id fores s.* alii, *s.i.fors s.*

p.325 v.25 *Sisyphus*) Aldus & Rom. *Syphax.* Vide Erasmum in *Sisyphi artes.*

verſ.20 *In memet ipſum vertit cornua*) Hæc male induxit Vulcanius. Plautus Pſeudolo actu IV. ſcena 3.

— — metuo

Ne in re ſecunda nunc mihi obuertat cornua.

v.30 *Macci*) ſic Lipſ.epiſt.quæſt.lib.2 ep.22.Rom. Flor.& Ald. *Machi*, male.

v.41 *Pontianum flentem*) male τὸ *flentem*, omittunt vulgati Codd.

p.326 v.24 καὶ ἐρῶ) Schickeradus καὶ ἔρως ἤλθε τοίνυν πρὸς ἐμέ. Vide Caſaubonum.

v.14 *Defraudentur*) Flor. *defrudentur*.

ver. 35 *Adlibidinem*) Schickeradus *adliuedinem*, male.

v.37 *Apparent*) Flor. *apparerent*.

v.39 *Veritas olim interuerſa*) Xixtus PP. in epiſtola ad Cyrill. Alexan. Tom.1. concil. Rom. fol. 694. *Nouimus frequenter calumniis patere veritatem, nec tamen vnquam poſſe falſitate ſuperari.* Docte Polybius lib.13 fol.673.

v.40 *Calumnia ſe mergit*) ſic reſcribo ex Flor. vulgati, *calumnia emergit*.

p.327 v.16 *Nulla impertita mora ſubneruaſti*) Sic Ald.& Rom.Flor. *nullam impertitam horam ſubneruaſti*. Vide Caſauboni Notas.

verſ.19 *Promulgari eas*) Aldus & Florent. *pronulgari eas*.

v.21 *Inſcitus*) Aldus: *inſcius*.

v.28 *Exacerbeſcat*) Aldus *exardeſcat*.

v.31 *Tune quid in cubiculo agat perquiris, ne mater tua non dico amatrix, ſed omnino fœmina*) Ita hunc locum conſtitui ex Mſto Florentino, quem male peruertit Vulcanius in poſtrema ſua editione.

v.40 *Rependis*) Rom.& Ald.*respondes.*

p.328. ver.4 *Pracoci sapientia*) Flor.*pracoqui s.* Sed vitium scribæ est confundentis litteras *q.* & *c.* Est enim casus eius rectus non *pracoquis,* sed *pracox.* Agellius lib.10. cap.11.

v.21 *Non auderes*) alii, *non abnueres.*

vers.28 *Oblinio capesceret*) Florent. *obturo capescere*t, male.

v.37 (*ur ego blandirer*) Flor.*cur ego blandirem.*

v.40 *Actitari*) Flor.*accusari,* inepte.

p.329 v.1 *Scriberem*) vulgo, *conscriberem.*

v.12 *Sequius agentem*) vulgati, *secius* & *secus a.*

v.13 *Villicorum & opilionum*) Flor. *Villiconum & Vpilionum,* recte.

vers.35 *Quam in loco sterili*) vulgo, *quam in vrbe sterili.*

v.36 *Mater futura in ipso materno sinu, si nubat in segete adulta*) sic ex Florent.& Roman. hunc locum lego.

vers.40 *In Comadiis versus*) In Florent. ita hæc leguntur ΠααωΝCπαρΟΓΟΗΙ ΗΙCΙΟΝe ΗΙCΝΟpeΙ. Insulse.

p.330 v.13 *Porrige Æmiliano tabulas istas*) Vide Vlpianum lege 3. Digest. *de bonorum professione contra tabulas.*

v.8 *Mentiri*) Flor. *mentiris.*

v.27 *Pro computationis gestu errasse*) Florent. τὸ *pro* inducit. De ritu autem computationis docte Coluius *in Notis*, & Iosephus Castalio *in Cruscos* decade 5. cap.7.

v.40 *Ad maleficium perpetrandum*) Flor. *ad malefaciundum.*

p.331 v.4 *Accipiendi*) Flor.*accipiendis,* male.

v.13 *Damigeron*) Baptiſta Pius in annot. poſterior. cap.191. *Damigorgon* ineptiſſime. Vide Notata ad Arnobium lib.1.f.31.

Carinondas) alii *Charondas*, male.

Moſes) Florentin.. *Hiſme ſas*. Aldus: *his moſes*. male. Moſen etiam pro mago traducunt. Plinius libro trigeſimo, capite primo, Pharao Ægyptiorum rex apud Ioſephum antiqu. Iudaicæ libro 2 cap. 13 & 14.

Iannes) Flor. *Ioannes* Baptiſta Pius *Iohannes*, putatque Iohannem Euangeliſtam notari, in quo inſanum errat, notante Parrhaſio, epiſtola ad Petræum Aculeum pagin. 23. qui recte hunc Iannem cum Numenio Pythagorico inter magos primi nominis refert.

verſ.14 *Apollonius*) Flor. *Apollo*, male. Apollonii enim præſtigiæ ſatis notæ ſunt, quem & Hierocles non dubitauit Saluatori noſtro IESV CHRISTO præpoſtere comparare, cuius temeritatem inciuilem Euſebius eleganti libello compeſcuit.

Dardanus) Vnde *dardaniæ artes* pro magicis, Turneb. aduerſ. lib. 9 c. 17.

v.18 *Doceam Rufinum*) Flor: *d. rurſum*.

v.26 *Nauci non putabo*) Floren. & Rom: *nacci non putabo*.

v.39 *Conuentionem*) alii, *coniectionem*. vide Turn: aduerſ. lib. 18 c. 15.

p.332 v. 7 *Tumidi animi*) Schickerad. *timidi animi*, ineptiſſime.

Ambitioſæ mendicitatis) Iuuenal. Satyr. 3. verſ. 182.

Hic

Hic vivimus ambitiosa paupertate omnes.

vers.33 *Utramuis habebat*) Florentini: *utrumuis habet.*

pag.333 vers.4 *Fauitor*) Ita Florent.& Lips. Aldus *fautor.* Vulgati *fautor.* Plautus in Prologo Amphitruo.

Sat habet fauitorum recte qui facit.

Charisius libro I. institut. Grammatic. pagina 66 Grammaticum agit, id est, nugatorem, dum *fauitor*, nec autoritate, nec ratione dici affirmat.

v.9 *Vili aestimatis*] alii, *v. aestimatum.*

v.12 *Vini & olei*) *v. & oliui.*

v.18 *Extorsi*) Flor. *extudi.*

v.19 *Vitricus*) Flor. *vitrici.*

v.22 *Ante pedes nostros aduolutus*) τὸ ante recte delet Florentinus. Sic alicubi Tacitus dixit, *aduolui genua.*

v.24 *Postulat*) Flor. *postularet.*

v.27 *Professionis*) Floren. *orationis.* Rom. & Aldus *professionis.*

p.334 v.34 *Quid posses vel quisquis in isto negotio*) Steuuech. *q.p. vel quot quires i, i. i.*

pagina 335 vers.4. *In omnibus diuersum curriculum*) Aldus, Florent. & Rom. *in o. Mineruae curriculum.* Steuuech. *quam infaustis ominibus Mineruae curriculum.*

v.22 *Male compertam*) Sic Florent. alii, *mali compertam.*

v.25 *Iussit*) Flor. *iusserit.*

Extraneasse) Ita Florent. & Basil. I. alii, *externasse.*

v.29 *Alioqui*) Flor. *aliquam.*

v.32 *Lenoniis*) Flor. *Lenonis*.

p.336 verſ.3 *Sæpe ne occurſu quidem filium fratris*) Flor. *ſ.n.in.o.q.f.f.tui* bene.

v.10 *Hoc aui agitat*) Flor. Rom. & Aldus, *h.a.conuiuium agitat*.

v.12 *Viſitur*) Flor. *viſitor*.

v.19 *Adiuuente*) vulgo, *adiuuanto*.

v.24 *Priuignus*) Flor. *priuigni*.

v.29 *Iam tum*) Flor. *iam totum*.

v.31 *Diuerſurum*) Flor. *diuiſurum*.

v.41 *Priuigno recuſaſſet*) Flor. *p. non recuſaſſet*.

p.337 v.12 *Accidiſſet*) Flor. & Rom. *attigiſſet*.

v.15 *Obſequentiſſimum maritum*) ſic ſæpe in antiquis inſcriptionibus Gruteri fol.359. 778. 790. 821. Aldus *de Orthographia* pag 86. IVLIVS APOLLONIVS SIBI ET ATTIÆ VALERIÆ OBSEQVENTISSIMÆ C.

p.338 v.7 *Nummum*) Flor. *nummis*.

v.12. *Tutor*) Flor. *tututor*.

verſ.17. *Coruini Clementis*) A. Schottus obſeruation. libr. 5. cap. 15. legit, *Coruini Celeris quæſtoris*. Recte.

v.38 *Comminiſcimini*) Flor *eminiſcimini*, alii, *reminiſcimini*.

v.32 *Carminibus*) alii, *cantaminibus*. Theophilus de *publicis iudiciis* μαγικοῖς ψιθυρισμοῖς. Vide Annotamenta ad Arnobii lib.1.f.25.

p.339 v.13. *Obiectiſtis innumera, binis verbis*) Flor. *o.numera, an binis verbis*.

v.17 *Natu eſt ea*) Roman. *natus eſt ea*. Florent. *p. natu eſt*.

v.18 *Dotis*) delet Florentinus.

Dotales

Dotales accipe) Sic recte Flor. & Coluius, vulgo *dotale a*. Vide Indicem.

v. 21 *Si procul à culpa philosophiam tuitus sum*) Fulvius, *si procul à culpa philosophi tutus sum*. Schegkius, *si à culpa magicæ tutus sum*. In præmissis epist. 7.

ver. 24 *Si conseptum penitus eum tenui*) Hic locus vim negotii exhibuit viris eruditis. Casaubonus legit, *si circumseptum pennis eum tenui*. Vel, *si captum suismet pennis eum tenui*. Wouuerus: *imo contra vbique si conseptum penitus eum tenui*. Schegkius. *Si in incapto te vanissimum tenui*. Acidalius: *Si philosophiæ honorem qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui, imo contra vbique secundum sectam Platonis eum tenui*. Scipio Gentilis: *Si eum septum vbiq; tenui*. Vulcanius: *Si vbique sartum tectum eum panus t.* Aldus & Basiliensis. *Si cum septem panis e. t.* Florentin. & Roman. *Si cum septem pennis e. t.* Verissima tua diuinatio Rutgersi decus nostrum. *Imo contra vbique si cum septem pinnis eum tenui*. Genus dicendi tractum è ludo gladiatorio, in quo lanista confecto retiario pinnam rapiebat, cuius ostensione populo se declarabat victorem. Iuuenal. Satyr. 3. versu 158.

Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ.

Scholiastes vetus: *Pinnis pauonum ornari solens gladiatores si quando ad pompam descendunt. Pinnirapes autem dicit lanistas ex habitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam, id est manicam rapit, vt ostendat populo se vicisse*. vt Lucilius:

Cum septem incolumis pinnis ac recipit se.

Quem locum in mente habuit Apuleius cum hæc scribebat. Dicit igitur: *se vicisse & honorem Philosophiæ, quem aduersarii vanis calumniis contaminare ope omni adnisi fuerant, illibatum præstitisse.*

EMENDATIONES AD APULEI

FLORIDA.

Pagina 340.

VIri docti recte obseruant FLORIDA HAEC mera essa fragmenta, ab imperitis & oscitantibus librariis perperam in libros IV. distributa; quorum sententiam in illis distinguendis, lubens merito secutus sum.

v.9 *Donum apponere*) Ab elegantissimo Lipsii ingenio hæc lectio. Fuluius, *veniam postulare, votum apponere.* Flor. 1. & Iohannes Pyrrhus, legunt, *pomum apponere. alter, portum apponere*, male. Apuleius Apologia: *Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaueris, si verbenam sumseris.*

v.11 *Oppido festine*) Gruterus *o. festino*. Lipsius *o. festini*, male.

v.12 *Properatio est*) *τὸ est* delet Florentinus.

v.13 *Spelunca frondibus inumbrata*) Vide Porphyrium de Nympharum antro, p. 10.

v.14. *Quercus cornibus onerata*) Ful. *Q. coronis ornata*, minus recte, vt Wouuerius notat.

v.15 *Vel etiam colliculus*) Flor. *vel enim colliculus.*

v.16 *Cespes libamine humigatus*) Florentin. *Cespes l. fumigatus*: Quod etiam in mentem venit Pyrrho.

v.17 *Lapis vnguine delibutus*) Vide Notata ad Arnobii l.b.1.

v.20 *Maior meus Socrates*) Scilicet *autor sectæ Platonicæ*. Sic apud *Agellium* lib.11 cap.9. Musconius *Athenienses* maiores suos vocat. Vide Lactantium libro 2. cap. 7. Casaubonum ad Strabonem pag. 22.

Adolescentem) Flor. *adulescentem.*

v.22 *Aliquid loquere*) Flor. *a. & loquere. Aldus, a. eloquere.*

v.26 *Pluris est testis oculatus*) vide Polybium hist. lib.13 fol. 668.

v.27 *Immo enimuero*) Flor. *in vno enimuero.*

Examinandos) alii, *examinandum.*

v.28 *Conuerteret*) Flor. *Conuerterat.*

v.31 *Homines vero*) Flor. *homines enim.*

v.33 *Cecutimus*) Vulgo, *caci sumus.*

v.35 *Nebulam nobis ob oculos effusam*) alii, *n. n. o. o. offusam.* Ful. *nebula n. o. o. offusa, non cernere nos nisi intra l. 1. valere.*

v.37 *Aquila enimuero*) Autor incertus de natura animalium:

> Ὁ παμμέγιστος ὀρνίθων ὄντως ἄναξ,
> Ὑψιδρόμων πάντων γε αἰετὸς πέλει.

καὶ ὀξυδερκὴς ὢν μὲν ὁ πηνοκράτωρ,
καὶ μέχρι σητὸς ἐκ νεφῶν πάντα βλέπῃ.
τούτου δὲ καὶ τὸ ῥοῖζον ἀκούσας δράκων,
Ἐπτήξε παραχρῆμα καὶ συνεστάλη,
Χεῖς, χηραμοὺς ὑπῆλθε τοὺς ἀποκρύφους
Μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ.
Θηρᾷ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα,
καὶ τὸν λαγωόν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος,
καὶ ἄλλα πολλά, ὧν τροφὴν οἱ παρέχει.

v.41 *Nutu elementi*) Flor. *n. clementi.*

p.341 v.1 *Tanta mole*) Steuucch. *tota mole.*

v.4 *Contabundo*) Flor. *cunctabundo.*

v.5 *Superne sese ruat*) Flor. *superne se proruat.*

v.9 *Agnum incuriosum*) Beroal. *a. curiosum.*

Leporem meticulosum) Nemesianus Cynegetico.

Nos timidos lepores imbelles figere damas.
Audaces lupos, vulpes, captare dolosas.

Artemidorus p.233. καὶ τὰ δειλὰ καὶ δρομικὰ καὶ ἀνελεύθερα, δειλοὺς ἢ δραπέτας πειστῶσι. ὡς ἔλαφος, λαγὼς, κύων.

v.10 *Vel fors obtulit laniatus*) Flor. *v. forso. laniatum.* Ald. *vel forso. lanatum.* Schickerad. *alatum vel lanatum.*

v.12 *Rudibus adhuc musicæ seculis*) Vide Plinium Natur. Histor. lib.16. c.36.

v.13 *Catus canere*) Floren. & Aldus, *cantus canere.*

